

delinquens in fortijs Principis concedentis, & hu-
iusmodi remissiones non præiudicant iurisdictioni,
sed illam quietam, ac immunem ab omni labe
reddunt, & Principes supremæ potestatis incolum-
es amicos, & iustos conseruant (sic remittentes
ad inuicem delinquentes) per amorem, & bonam
Principum intelligentiam, & vt delicta non re-
maneant impunita, & via hinc inde tutæ sint, &
non est qui audeat dicere cur ita remittit, vel cur
ita facis, & id quod per gratiam inter Principes
conceditur, non est in consequentiam necessa-
riam ponendum, Dyn. in reg. quod ob gratiam,
in 6. nam de bono, & Christiano opere quisque
semper laudandus est; & hoc modo agendo ditio-
nes sunt pacificæ, domus propriæ securæ, artifices
lucratur, boni exultant, reditus augentur, mulie-
res caste viuunt, magistratus intrepide, & iuste
procedunt, cessant murmuraciones, tolluntur sus-
piciones, & tandem Principum salutem, quietem, &
honori consulitur, l. cum ratio, §. pen. de bo. dam.
l. 1. §. 1. de ijs qui deiec. vel effud. l. nam Reipub. de
no. ope. nunc. §. consideremus, in auth. vt iudic. si-
ne quoquo suffrag. quibus iuribus habentur, quæ
conueniant Reip. bene administratæ. Et ad hoc
vt remissio ad alium iudicem negari non possit,
decem requiruntur, quæ tradit Caball. Milleloq.
596. p. 2. primo quod delictum factum sit in iurisdic-
tione iudicis petentis, secundo quod de delicto
constet, tertio quod delictum sit graue, quarto quod
delatus non sit vagabundus, quinto quod ambo iu-
dices sint sub eodem Præside, sexto quod reus nõ
deliquerit alias in iurisdictione remittentis, &
nõdum fuerit punitus, septimo quod iudex ad quẽ
sit maior iudice a quo, vel saltem non inferior, o-
ctauo non remittitur pro crimine hæresis, nono
oportet vt remissio debito modo petatur, decimo
debet fieri de condemnando, & non de condẽna-
to. iura ad prædicta omnia reperies penes Caball.
loc. sup. cit. nouissime per D. Pet. Caba. in casu suo
cri. 162. sub nu. 11. vbi inuehit contra modernos
Criminalistas, circa hanc præpositam materiã ab
eis minime (vt ipse ait) tractatam, qui si honorare
voluisset Hortensium, a quo summo opere ipse. D. Pe-
trus in infinitis locis honoratus fuit in hoc tracta-
tu, equidem potuisset videre huc locum a me iam
tractum antequam ipse suos casus typis dedisset, sed
parco suis occupationibus quibus summe abudat,
vnde de eo illa carmina canere possem Ariost.

*Sio v'ho offeso ignorante, in vn sol loco,
Lodoni in tanto studio, e mi val poco.*

Et quia dixi, quod processus coram vno iudice
factus non impedit, quominus alter iudex proce-
dere possit finito primo processu, vt sup. num. 242.
250 ¶ addo quod vno & eodem tempore contra ean-
dem personã pro eodem delicto procedi potest per
vtrumque iudicẽ, si reus est absens & contumax,
quia ab vtroq; iudice delicti, & originis, vel domi-
cilij cognoscitur, Bar. in l. sepulchri violati. de sep.
viol. Boff. de fo. cõp. nu. 82. Carauit. rit. 205. nu. 10.
Item si delictum est commissum in confinib. duo-
rum territoriorũ, & ignoratur locus præcisus, Bar.
in l. iurisperitos, §. cum omnes, ff. de excusa. tur. &
in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi oport.
alios allegat in terminis Decia. de delict. tom. 1.
lib. 4. c. 17. nu. 16. vbi omnino in hac materiã de
duobus iudicibus concurrentibus pro eodem deli-
cto latissime tractat, & infert ad multas quæstio-
nes, iuxta subiectam materiam.

251 ¶ Nunc videndum est nunquid iudex delega-
tus in procedendo, & sententiando, sit etiam iudex

in exequendo? & breuiter, si est delegatus ab infe-
riore à Principe, non habet potestatem exequendi,
dixi in r. p. gl. in l. a diuo Pio, vbi Bart. & alij, ff. de
re iu. tex. in l. properandum, §. sin autem reus, C. de
iud. vbi sententia delegati mādatur executioni ab
ordinario, nisi aliter in cõmissione expressum sit,
quia tunc delegatus est exequitur, c. in literis, vbi Ca-
no. & in c. pastoralis, §. præterea, de off. deleg. sic de
iure ciuili, vt crebriorem sententiã esse dicit Men-
de arb. iud. q. 74. nu. 48. & seq. Doctores in d. l. a di-
uo Pio, vbi Alex. col. 2. de re iu. Hercul. in §. senten-
tiam Romæ, col. 9. vers. ex prædictis, qui mouet a-
252 liam quõnem, ¶ nunquid executio spectet ad iudi-
cem ordinarium, vel ad iudicem appellationis? &
concludit quod ad ordinariũ, & ita seruetur, facit
Franc. decis. 510. Verum si cognitio causæ est com-
missa iudici ordinario cũ ampla potestate Brachij
Regij, tunc videtur habere authoritatem etiã exe-
quendi (si iure ordinario exequi nõ poterat) vt de-
legatio vltra vires iurisdictionis ordinariæ opere-
tur, alioquin frustratoria, arg. l. si plures, de test. tut.
253 ¶ & reuera attenduntur verba delegationis, quæ
a consuetudine etiam interpretationem recipiunt,
quãdo delegatio est facta iudici ordinario, l. mini-
me, ff. de leg. & ita resoluitur tota hæc quõ, de qua la-
te D. Men. d. q. 74. Sed in iudice mere delegato ser-
uatur ius cõe, & ad remouendam hanc difficulta-
tem, hodie solent apponi in delegatione verba ex-
pressa, quibus iniungitur delegato, vt etiã exequa-
tur, & in dubio recurritur ad delegantem, vt decla-
254 ret voluntatem suam. ¶ Ceterum delegatus sum-
mo opere aduertat ne sententiam iniquã proferat,
ac si cognouerit esse iniquam, minime exequatur
imo emendet, si fieri potest; sin minus, abdicet a se
executionem; nec iussum Principis iniustum esse
exequendum, sed rescribendũ, et qualiter, & quan-
do iudex suam, vel aliorum sententiam exequi to-
255 neatur, ex infra dicendis apparebit. ¶ Verũtamen
tanta est iudicis nostri authoritas, vt non teneatur
alterius iudicis sententiam (quamuis iustã & roga-
tus) exequi, quia non parat pari, l. imperiũ, ff. de iu-
risd. om. iu. multo minus inferiori, l. nã magistra-
tus, ff. de recept. arb. nisi aliter de consuetudine ser-
256 uaretur, ¶ vel nisi a iudice ecclesiastico implora-
tum sit brachij secularis auxiliũ, de quo Nat. conf.
529 vbi plene hæc materiã explicat DD. in l. a di-
uo Pio, §. sententiã Romæ, ff. de re iu. Men. de arb.
q. 38. Viu. cõ. op. 396. Afflic. super const. in progm.
q. 26. nu. 50. Put. de synd. in ver. Brachiũ, Feder. de
Sen. cõl. 164. super inuocatione, Mart. de Fano. in
257 suo trac. de brach. seu auxil. implo. vbi nu. 3. ¶ di-
cit, quod iudex delegatus nõ potest implorare hoc
auxiliũ, nisi contineatur in delegatione; cõtrariam
opinione tenet Spec. tit. de legato, §. sequitur, ver.
sed nõquid, q. cõem esse testatur Bermon. de publ.
cõcub. fol. 31. nu. 7. & 8. sed Ia. Berret. cõf. 4. nu. 24.
vult quoad delegatũ ecclesiasticũ procedere nega-
258 tiuã, secus quoad secularẽ. ¶ hinc est q. si in aliqua
prouincia adesset ordo, aut statutũ prohibens alie-
narũ ditionũ sententiã exequi ad requisitionẽ iudi-
cũ illorũ, si episcopus habet iurisdictionẽ spiritua-
lẽ in prouincia, vbi viget tale statutũ, & in loco iu-
dicis requisiti, tunc iudex requisitus nõ incurrit pe-
nã statuti si exequatur, per supradicta, & per Ant.
de Fan. d. tract. nu. 17. et 21. imo cum episcopus ex-
se possit exequi ibidẽ sententiã suã, vrbaniatati eius
adscribitur, si implorat brachium seculare contra
Clericũ, aut secularẽ, vt in Conc. Trid. sess. 25. c. 3.
tit. decretum de reformatione, pulchre Iac. Berret.
conf. 3. nu. 13. per to. idem in conf. 4. nu. 38. & 40.

- & vi. Bal. in d. l. qua in provincia. num. 7. ubi dicit quod si statuto cauetur, quod nullus Florentinus possit trahi, nisi ad Curiam Florentinam, quod non est prohibitu coram Archiepiscopo. si natura cau-
- 259 *Se id postulat. ¶* Quinimo licet Episcopo tenete familiam armatam non ad decorem, sed pro necessaria manutentione, & executione suarum sententiarum; dicit quod sic, Iac. Berret. consil. 4. nu. 2. 21. & 22. per tot. & in consil. 3. in fin. limitat, exceptis pro mutilatione membrorum, vel mortis naturalis, vel effusionis sanguinis, & executores, & famuli episcoporum habent privilegium declinandi iurisdictionem laicorum, Capic. decr. 12. Bos. tit. de for. compet. nu. 127.
- 260 *¶* Sed difficultas est an iudex laicus requisitus ab Ecclesiastico de brachio seculari, teneatur statim parere, et exequi? & Doctores omnes conveniunt, quod delictum est mere Ecclesiasticum, aut agitur contra personam irregularem, vel aliter Ecclesiasticam, teneatur absque alia causa cognitione exequi, Ant. de Butr. in c. 1. de offic. ord. Bos. in tit. de sent. nu. 114. Iac. Berret. consil. 5. & 6. Bermon. de publ. concub. fol. 299. sub nu. 3. est materia l. magistratus, ubi DD. ff. de iuris. om. iud. & veram, & communem opinionem esse testatur Fran. Pegu. scol. 99. ad 3. par. director. Men. de arb. q. 38. Luc. de Pen. in l. nemo, C. de dign. li. 12. et in l. 1. C. ne quis lib. inuit. fol. 160. lib. 11. sed si notorie constaret sententiam esse iniustam, non teneretur exequi, nec brachium impartiri, secundum Inn. in c. pastoralis, de off. deleg. Bermon. de publ. concub. fol. 300. nu. 3. & 4. & Iac. Berret. d. consil. 4. nu. 7. & 34. *¶* & in dubio tenetur exequi, Bos. sing. in ver. executio. nu. 6. & 9. Ias. in d. l. a diuo Pio, §. sententiam Romę, de re nu. A sin. in sua practi. §. 31. c. 17. Clar. q. 54. ver. sed pone, & q. 96. ver. Item quero nunquid. Bos. de sent. nu. 114. & 115. Purpur. consil. 537. vo. 2. Henric. Boich. in c. signifi. casti, de off. deleg. At in alijs casibus etiā mixti fori potest adhibere aliquam causę cognitionem, Berret. d. consil. 4. nu. 15. ubi alios alleg. & dicitur *¶* cū causę cognitione, quādo processum vidit, vel partem citari fecit ad allegandum quare exequi nō debeat, secundum Nat. consil. 529. nu. 18. vol. 3. Men. de recup. possess. remed. 8. nu. 79. secundum Bos. consil. 25. nu. 86. vo. 2. contrarium sentit Iac. de Bel. uil. loc. cit. num. 70. *¶* Nec poterit recusari suspectus, etiam si processum non viderit, Balb. in suis com. opi. cent. 4. concl. 341. & vide sup. in 3. p. nu. 323. & Cartar. de execut. sent. capt. bannit. c. fi. cir. prin. nu. 4. nisi vnus sit iudex in sententiando tantum, & alter in exequendo, vt Florentia in vniuersitate artis lanę in qua consules non possunt eorum sententias exequi, scilicet pertinet hoc ad iudicem iurisc. d. artis. At Genua sunt duę Rotę, vna ordinaria, altera executiua, de quarum autoritate vi. in primo libro statutorum, cap. 7. & quo ad citationem Doctores supradicti intelligunt eam requiri in casu, quod vnus iudex sententiet, & alter sit requisitus exequi; verum si iudex requisitus opus non haberet concedendi executionem, sed per iudicem ecclesiasticum iam concessa, & licentia ministris tradita, & per eos forte exequi incepta fuisset, tunc non est opus adhibere vllam causę cognitionem, nec citationem, quia tanquā meus executor censetur, Nat. consil. 529. nume. 17.
- 264 *¶* quia dicitur quodam modo nudus executor facti, Menoch. de arbitr. questio. 38. in fi. & imploratur tantummodo auxilium familię iudicis secularis, & ita intelligendus Carpa. super statu, cap. 158. fol. 29. num. 3. ibi tamen indistincte practi-
- 265 *¶* catur; sufficit tantum ostendere licentiam exequendi, & si iam exequi cęperint, & non fuerint repetitę res in quibus, vel minus sufficienter executio realis fieri potuit, *¶* statur relationi publicorum executorum; vt in 2. par. dixi nume. 73, 74, 77. & 78. quorum relatio si facta est penes acta curię episcopalis, sufficit si ostendatur iudici laico, implorato ad concedendum familiam pro exequendo residuum in personam: iuxta ea, quę supra allegaui, num. 258. nec est citandus capturandus, ne ad fugam instruat, Clar. questio. 28. ver. scias autem, Matthes. singul. 86. Nat. d. consil. 229. nume. 17. multo minus possit condoleri de inobseruantia ordinum, aut statutorum, de turbata iurisdictione, si iudex laicus sic capturam concesserit, dummodo debitor ducatur in carceribus fori laicalis: sed si ante concessionem capturę ex vrbantate iussit citari dictum debitorem, qui noluit comparere, sibi impuret, cap. damnum, de regul. iur. in 6. ad hęc vide Oldrad. consil. 89. & Nat. late d. consil. 529. vo. 3. & si iudex laicus ad requisitionem eius subditi potest solo iuramento capturari facere debitorem suspectum de fuga (dummodo intra quatuor dies iustificetur suspicio) post detentionem vt per adduc. a Cauale. decisio. 1. 2. & 3. in 1. par. multo plus ad requisitionem iudicis spiritualis, qui pariter haberet iurisdictionem spiritualem in loco iudicis temporalis requisiti, Iac. Berret. d. consil. 3. num. 26. vel ad instantiam creditorum, mediante licentia exequendi obtenta a iudice spirituali. *¶* Bene verum est, quod brachium alterius iudicis est implorandum, quando iudex ecclesiasticus iam perfecit perficienda ab eo, sed non est sufficiens ad exequendum, *¶* & sic in subsidium imploratur brachium seculare, Bald. in l. 2. in ver. non sufficere. C. de ijs qui latr. occulta. Put. de syndic. in ver. brachium, c. 1. nu. 3. & 4. Fel. & DD. in c. cum non ab homine, de iud. in princ. Bermon. de publ. concub. in ver. si opus fuerit, nu. 1. car. 301. vulgare Iacob. Berret. consil. 3. nu. 35. At si iudex temporalis fuerit in subsidium requisitus ab ecclesiastico iudice, vt suam sententiam exequatur, & in rem, vel in personam executionem concessit sine causę cognitione, & executio facta nō fuit, vt quia illam reuocauit, vel debitor latitabat, tunc non tenetur iudex tanquam ordinum contrauentor, ex Rui. consil. 49. nu. 6. vo. 5. Put. d. c. an si sent. ver. tamen aliud est pronunciare exequendum, aliud exequi, & ad hęc vi. inf. in 5. p. in materia syndicati.
- 268 *¶* & aliud est exequi sententiā alienam, aliud prestare auxilium executioni alienę; quia in primo casu adhibetur talis qualis causę cognitio, in secundo non, per supradicta, quę sunt notanda tanquā quotidianana, maxime vbi contendit libenter de iurisdictione. *¶* Quando autem iudex laicus, qui sententiam criminalem tulit, requirit per literas subsidiales alterum iudicem laicalem sub eodē Principe, vt suam sententiā exequatur, tunc tenetur sine alia causę cognitione exequi, nisi notorie, vel euidenter de iniustitia constet, Farin. q. 7. nu. 53. & seq. Clar. q. 54. ver. sed pone, & q. 96. ver. Item quero nunquid. Ias. in §. sin minus, n. 16. & 18. Inst. de act. Cou. var. resol. c. 1. nu. 10. A sin. pra. §. 31. c. 17. in fi. Bos. ti. de sent. nu. 114. & seq. & in ti. de fo. cōp. vi de etiā pract. Pap. in for. libell. spol. poss. gl. 1. col. 3.
- 270 *¶* cit. med. *¶* & si iudex requisitus parere nolit, pot a superiore cogi porrecta querela, Ias. & alij d. l. a diuo Pio, §. sententiā Romę, nu. 19. ff. de re iu. Carp. multa in prop. accumulatur super stat. c. 158. fo. 218. nu.

nu. 14. & vsque ad fi. d. c. Sed in causis ciuilibus recurrendū est ad D. Men. de arb. d. q. 38. Boer. sing. in verb. executio. nu. 17. Didac. Couar. var. resolu. li. 1. c. 1. vnus iudex alteri suffragari debet, quia vnus alio indiget. vt in 2. constit. C. post prin. & in lepiscolali, C. de episcop. aud. cap. dilecto, de sentent. ex comun. Soc. in tap. sanc. in fi. de for. com. pet. Gaspar. Caball. Milleloq. 768. p. 2. quia hodie
 271 mihi, cras tibi accidere potest. † Et tandem nota quod imploratio brachij est reciproca, vt inquit Ant. de Fan. d. suo trac. de brach. secu. auxil. implo. num. 17. vbi potestas Ecclesiastica, & temporalis vno eodemque tempore an fuerit data; & per Ias. in d. §. sententiam Romæ, & in leg. 1. ff. quod quisque iur. idem Ant. de Fan. d. tract. d. num. 17. & 21. vbi exemplificat, quando persona Ecclesiastica conuenit laicum coram iudice seculari, &
 272 ibidem reconuenitur, num. 20. & num. 22. † ait, quod ratione reconuentionis laicus iudex habet iurisdictionem in Ecclesiasticis (intellige quoad res profanas) Canon. in cap. cum ab homine, extra de re iud. Rol. a Vall. consil. 21. num. 10. & consil. 37. vol. 1. Apostill. ad Afflic. decis. 24. nu. 12. & sic ciuilitate, Cagno. in l. cum quadam puella, numer. 33. ff. de iniur. 3. distinctio. cap. 1. & cap. 1. de mut. per.
 273 † Quæro si reus non fuerit sufficienter punitus pro eodem delicto, nunquid possit iterū puniri ab altero iudice? & videtur quod non, cum nemo duplici pœna puniendus pro eadem causa, l. bona fides, de reg. iur. faciunt ea quæ Bald. dicit in l. 2. C. vt int. cert. temp. Vital. trac. claus. tit. de sent. fol. 227. Est verum, quod ab eodem iudice bis puniri quis nō debet eadem de causa, l. iudex postquam, de re iur. nec ab alio iudice puta originis vel domicilij, l. imperium, ff. de iur. om. iud. vide Gom. var. resolu. tit. de delict. c. 1. nu. 26. & inf. nu. 280. D. Farin. de inquisit. q. 4. vbi omnes alleg. Bertazo. consil. 129. consil. 171. vo. 1. Brun. a Sol. q. 17. & Bald. in l. 2. C. vt int. cer. temp. Fely. in c. de causis, de off. delegat. Put. in ver. pœna, num. 8. Sed a supremo iudice puniri potest, Barto. in l. sepulchri violati, in fin. ff. de sepulch. violat. Boss. in tit. de for. com. pet. nu. 84. Carauit. rit. 205. num. 10. rit. 269. num. 22. Clar. q. 57. vers. dictum, vbi Baiar. nume. 25. & 27. quibus in locis habetur, si sententia non sit adhuc executioni mandata, tunc posse sufficienter puniri, & etiam limitant si per collusionem, fraudem, vel præ
 274 mium non fuisset sufficienter punitus. † Item quando per aliquam qualitatem omisam, valde aggrauantem delictum non esset sufficienter punitus, quia qualitas iterum in iudicio proponi potest, & secundum eam reus puniri, pulchre Gome. var. resolu. de delict. c. 1. nu. 17. vbi limitat, vt infra, & opinio Farin. de qua supr. de consuetudine non seruatur, vel hactenus ipse seruari non vidi, Cla. d. q. 57. ver. dictum, in fi. Couarr. var. resolu. li. 2. c. 10. Masc. de prob. concl. 948. Item quando reus nō seruatis seruandis fuisset absolutus, quia sententia potest retractari a superiore iudice, Put. de syndic. in verb. pœna, c. 3. iuxta prædicta, Bar. & alij in l. Senatus, ff. de accus. Spec. eo. ti. ver. omnis accusator, Gomez. de delict. d. c. 1. nu. 27. Cou. var. resolu. li. 2. c. 10. reliqua in propo. apud Bos. Cla. & Farin. loc. cit. & per Dec. trac. cri. to. 1. li. 4. ti. de loc. orig. & domic. c. 16. nu. 7. vbi alleg. pulchrum Bal. cōf. 292. incip. punctus. sic proponitur quidam de cornatio. vo. 4. & infra nonnulla dicentur. Quid si quis sit absolutus a Deo per penitentiam an possit accusari & puniri apud iudicem criminalem? dic quod sic, c. fin.

dist. 26. c. admonere, & ibi gl. & Can. 33. q. 1. gl. & DD. in c. de ijs, de accus. nisi pœnitentia fuerit publica, Marf. sing. 639. vbi late.
 275 † Quæro modo quando reus dicitur definitiue absolutus, vel sub conditione? de hac re tractat Couar. var. resolu. lib. 2. c. 10. regulariter in dubio reus præsumitur absolutus, Cla. q. 57. ver. sed hic quæro & q. 62. ver. fam. autem, Ang. de malef. per eum al leg. in ver. & ad querelam, & in tatum fauetur absolutiōni, & absolutis, † vt absolutoria etiam contra conscientiam Principis teneat, secus si sententia est condemnatoria, Vital. tra. claus. tit. an defensio poss. renunc. nu. 4. & Cla. d. q. 57. ver. sed hic quæro vbi dicit, quando reus probat in nocentiam suā aliter quam per torturam, absoluitur definitiue, neque potest deinde contra eum ex noua causa procedi; si vero probat suam innocentiam per torturā, vel si indicia non sunt ad torturam sufficientia, aut ad imponendam aliquam pœnam, saltem extraordinariam, tunc † absoluitur quidem, non tamē definitiue, sed cum clausula, stantibus rebus prout stāt, quod est idem, ac si dicatur, absoluitur ab obseruatione iudicij, l. properandum, §. si quidē, vbi DD. com. C. de iud. idem si absoluitur ab obseruatione processus, Bal. & Saly. in l. si qui adulterij, C. de adul. Pau. Ghirl. de relax. carcer. ti. de absol. innocētis. q. 2. num. 2. 3. & 4. Processus enim est de ordine
 278 iudicij, † & ista pronuncia rebus stantibus, appellatur sententia interlocutoria, habēs quasi vim definitiue, Barto. in l. Titia, ff. de accus. Marchesa. de sent. specieb. c. 42. q. 3. nu. 1. fo. 45. Farin. q. 11. vbi quando sententia dicitur definitiua, et quando nō. Carp. super stat. c. 5. nu. 8. sed Bertaz. consil. 396. nu. 4. quem refert Bai. ad Cla. d. q. 57. nu. 5. nō videtur cōtrarius Claro, quia in statu Mediol. solet d. clausula apponi, rebus sic stantibus, & propterea adhuc nouis superuenientibus indicij poterit procedi, Farin. de inquisit. q. 4. vbi de sent. definitiuis, & nō
 279 definitiuis. & de indic. & tor. † & Mantuæ seruatur in practica, si quis indicia per torturam purgauit, quod in sententia dicitur, Absoluitur, quia purgauit per torturam, de qua pronuncia valde lætantur fiscales propter salariū, qui à Pereg. de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. nu. 38. appellantur sacci ore aperti, congaudent etiam alij ad officium criminale assistentes ob sportulas, excepto Capitaneo Iustitiæ, nam ipsi nullum debetur salariū, nisi causa sit delegata, & etiam hoc in casu deluditur quandoq; ab eis contra regulam, prior tempore potior in iure. At quando indicia non sunt sufficientia ad torturam si pœna est pecuniaria, nihilominus Mantuæ delinquens in contumaciam dānatur, secus si est corporalis, quia reus in contumaciam minime dānatur nisi adsit saltem vnum indicium ad torturā: Si vero reus est præsens, & indicia elidere possit per solam negationem, aut per alias probationes contrarias; tūc in sententia dicitur, absoluitur, quia non probatum, & hoc in casu reus dicitur definitiue absolutus, quod displicet sportulas prætendentibus, & hic est stylus sententiarum criminalium Mantuæ notandus a Doctoribus forensibus, quibus tantum datur illud officium Capitanei iustitiæ, & Principes bene sciunt quid faciunt; & de tali pronuncia sentit Butt. in cap. de ijs, adductus a Bertazol. d. consil. 396. nu. 4. cum seq. & ideo Cla. ad hanc differentiam fortasse non aduertit in d. q. 57. vers. sed hic quæro, & vi. Thesau. decis. 81. vbi reprehēdit Alci. in l. si calumniatur, de ver. sig. vel lens quod lapsō biennio clausula reb. stantibus. euane
 280 scar. vi. eū decis. 208. † & sic reus definitiue abso-

lulus amplius molestari non potest de iure, nec ad instantiam partis primi accusatoris, nec extranei, nec ab alio tanquam ab vno de populo, minus ab interessatis, nec ex officio, Gomez. de delict. ca. 1. num. 26. per tex. in l. sepulchri violati, ff. de sepulch. viol. Farinac. de inquisit. quaest. 4. vbi omnes allegat. Brunor. a Sol. quaest. 17. Bertazol. conf. 129. & 171. vol. 1. & hoc etiam procedere ait, modo qualitas delicti grauatoria omissa sit, vel non, quod facit ad supradicta, nu. 274. & modo sententia sit executioni mandata, siue nō, idem tenet Pau. Ghirlan. de relaxat. carcer. q. 2. num. 2. tit. de absol. in no. 281 cētis. Sal. in l. si quis adulterij, C. de adul. vbi tractat. quando quis sit absolueudus definitiue, & quādo non, tenet Scaccia. d. suo trac. de iud. ciu. cri. & hāret. c. 95. vbi num. 2. & 9. ait, quod absolutus definitiue in causa hāreticali iterum ex nouiter deductis poterit molestari, & in fine dicit, quod simpliciter absolutus, intelligitur absolutus ab obseruatione iudicij, ex Clar. d. q. 57. ver. sed hic, & etiā quandam differentiam ponit inter absolutionem ex deductis ab obseruatione iudicij. Sed aduerte, quod semel punitus in pōnis afflictiuis, puta in ictibus eculei, aut in frusta, & in alijs pōnis priuarijs, vt in abscissione alicuius membri, vel mutilatione, vt in exilio, & banno, postquam sententia executā est, videtur quod iterum pēnam passus puniri non possit, de qua re vide Bald. in l. 2. C. vt intra cert. temp. quem supra in propos. adduxi, nu. 273. & Felynum in c. de causis, de offic. deleg. Put. 282 de syndic. in verb. pōna, cap. 8. nu. 8. † Præterea notandum est; in actionibus popularibus, si quis ab vno de populo fuerit accusatus, & absolutus, an sententia pariat exceptionem rei iudicatæ contra alium accusare volentem? & dic quod sic, l. præuaricationis, ff. de lib. ho. exhib. secus si per præuaricationem primi accusatoris desistentis reus fuerit absolutus, Roma. consil. 213. vbi magistraliter loquitur, & in propos. refert plures distinct. Bartoli, & aliorum in l. si maritus, ff. de adul. & in l. eum qui, §. in popularib. ff. de iur. iur. & in l. si cui, §. ijsdem, ff. eod. & omnino vide Ro. conf. 213. vbi ad multas infert quaestiones in hac materia.

283 † Et hic in propos. notandum est etiam, quod nemo tanquam vnus de populo potest quēquam accusare de priuato delicto, sed solum de publicis delictis, per l. 1. C. qui accus. non poss. vbi DD. & Inst. §. 1. de pub. iud. ibi publica dicta sunt, quod cuius de populo permissa est accusatio, Ro. conf. 152. præfens accusatio, vbi pulchre vide Gand. de malef. tit. qui accus. poss. vel non, ideo male faciūt iudices accipiētes querelas de priuatis delictis ab eo, qui tanquam vnus de populo compareret cum scheda, seu denuncia multorum capitum querelarum, interesse priuatum duntaxat tangentium, sub prætextu boni publici, & quandoque contra officialem in syndicato, indicium vere animi peruersi, ac patētis malignitatis, & persecutionis, cōtra quos inuehit sacra pag. Psal. 36. vi. in 5. p. solum ad aperiendam viam iudici deseruiunt.

284 † Et quoad absolutionem secutam nō seruatis seruandis, iudex supremus poterit retractare illā, vt sup. dictū est nu. 273. et seq. sed non licebit neq; licet nisi semel interpretari suā sententiā, sicuti Genuā semel petitur sententia meliorari, & Florētē licet semel super sententia motuari, facit Bal. in l. 2. vbi glo. C. de sent. Ias. in l. quod iussit, col. 11. de re iu. Imo. in l. ab executione, in prin. de app. & intellige in criminali antequam ius fisco quaesitum sit, Afin. in tra. de exec. §. 5. c. 240. & ratio est, quia

qui declarat nil noui facit, l. ordo §. cum quis, ff. de acq. hāret. idem in d. §. 5. c. 43. n. 4. tex. in l. boues. §. hoc sermone. de ver. sign. Bal. in l. 2. vbi gl. de sent. ex peric. recit. Idem si ab inferiori lata esset sententia incerta respectu pōnæ, vt puta si reus fuit condemnatus ad mortem, nō expressa qualitate mortis, quia poterit declarare, de qua specie mortis, similiter iudex supremus suam sententiā declarabit, Luc. de Pen. in l. 1. nu. 20. & 34. C. de defer. li. 12. est verum q; in dubio refertur ad pēnā statuti, at si pēna erit arbitraria, tunc quilibet iudex poterit declarare qualitate omissam, non aut sententiam, 285 DD. in l. postquam iudex, de re iu. † at nō est dubitandum quin iudex noster possit retractare, interpretari, emendare, & corrigere suam sententiā. Bar. in l. ab executore, ff. de app. Men. de arb. q. 67. nu. 28. cum seq. Put. in ver. sententia, c. 4. nu. 16. gl. in l. iudex postquam, ff. de re iu. quæ excipit præfectum prætorio (cui iudicem nostrum comparauimus, vt sup. in l. p.) & excipit Senatū, vt in l. 2. C. de sent. ex peric. recit. alios pariter casus d. gl. ponit in ver. non possit, quos per te videto, vide quæ inf. dicam, nu. 287. Pau. Ghirl. tra. de relax. carcer. ver. sexto, nu. 3. Item si quis esset absolutus, & postea ob reatum fateretur delictum, adhuc puniri posset, Boss. in tit. si aduer. rem iud. nu. 28. et multo magis, ac tanto securius si fisco reclamaret, Boss. vt 286 sup. de remed. contra sent. per 10. & † potest fiscus appellatione remota reclamare de minoritate pōnæ, Gram. decis. 14. nu. 2. Pereg. de iu. fisco. li. 7. ti. 4. nu. 5. 6. 7. & 8. cum seq. sed D. Sfor. Od. tract. de re sit. in integ. dicit magis communiter teneri quod fiscus non restituatur in pēnalibus, de qua est materia l. auxilium, ff. de minor. & in l. 1. C. de sent. contra fisco, & sententia quoad fisco nūquam transit in rem iudicatam, Rebuff. in proem. commenta. gl. 8. nu. 118. Pereg. de iu. fisco. li. 7. ti. 4. & ibi etiam tractat an in dubio sit magis fauendū fisco, quam reo. Et iudex etiam omittendo pēnam in condemnando non errabit, quemadmodum si in sententia nihil de pēna dixerit, sed tantum declarauerit, Titium commississe delictum; nā talis sententia tenet secundum Barr. in l. si te, C. de infam. Nam satis est quod sententia declaret factū quando lex super tali negotio sine facto certam pēnam imposuit, Vant. de nullit. ex defect. iuris d. nu. 93. & poterit declarare quod intellexerit in pēnam, prout de iure, vel a statuto imposta est, sed quia potest esse quod Titius commiserit homicidium, & potest esse quod casu fortuito, vel inaduerteret, aut ad necessariam defensam commiserit, vt supra dixi nu. 166. cum seq. ideo non sufficit declarare q; Titius occidit, nisi dolose occidisse dicatur, ideo clare sententia est proferenda, nisi iudex ad acta se referat quæ sunt in processu, Vant. de nullit. ex defect. process. num. 103. et est alius casus. Sed quoad reum sententia statim transit in rem iudicatā, Fely. in c. consanguinei, de re iudic. intellige iublata appellatione a statuto, nu. 286. Item quando reus esset conditionaliter absolutus, vt sup. nu. 275. 278 & 279. tunc iudex posset illā retractare, et Fel. in c. consanguinei, nu. 9. de sent. & re iu. dicit, quod in trib. calib. etiā inconsulto Principe iudex sententiam retractabit, cuius opinio equa videtur, sed periculosa, quoad iudicem, vt mox dicam, & illā impugnat Boss. in ti. de remed. cōt. ban. nu. 3. quia esset in potestate iudicis absoluere quem iam condemnauit, vel condemnareq; iam absoluit, & postquam ius est acquisitum fisco, vt supra, nō licet, & facit tex. in l. iudex postquam, ff. de re iu. vbi lata sen-

sententia Iudex functus est officio suo, & ibi glossa ponit fallentias plures: & primus casus traditus à Fely. est, quando reus leuiori præsumptione damnatus fortior superueniret: secundus casus, quando lata est sententia contra aliquem qui falsus sit occidisse Mæuium, & Mæuius postea apparet uiuus. Hinc volo aduertere, quòd si quis accusatus de aliquo delicto facti permanentis sit, & statim B antequam constituatur reus per euidentiam rei ostendit non esse verum, non debet cruciari expensis & carceribus, sed statim in pace dimitti. nulla enim est melior innocentie probatio, quam per euidentiam rei docendo rem aliter se habere, l. si irruptione, in fi. ff. fin. regun. Bald. in l. contra negantem, in fi. C. ad leg. A. qui. Mascard. latè de probat. q. 8. Vnde redeundo ad retractationem sententia, si statuto cauetur, quòd nulla exceptio contra sententiam opponi possit, tamen non tollit istam pro facti & rei euidencia, & ipse obtinui pluries, ut ad vltiora non fuerit processum in ciuitate Florentia contra quosdam clientulos, absurdum esset si Iudex vellet què purgari à querela, si statim illa apparet euidenter falsa, & iniquum esse sententiam exequi, si mortuus, qui dicebatur occisus apparet uiuus. Tertius casus Felyni, vbi supra, est quando in contumaciam est lata sententia, & contumax spontè se constituyendo offert docere de sua innocentia, quæ quantum prodest, dicam infra nu. 309. & 313. & alibi. Omitto nunc quòd sententia civilis nulla vsque ad triginta annos retractari potest etiam per officium iudicis, vt inquit Cauale. decis. 28. num. 33. p. 1. quia non est materia nostra, & effectus plurimos de sententia quæ transiuit in rem iudicatam tradit decis. 10. num. 14. & in reper. primæ par. in verb. sententia postquam transiuit. Præterea si iudex declarat aliquem prodigum, in necessariam consequentiam intelligitur interdiceri suorum bonorum administrationem, Bal. in l. 1. ff. de Curat. fur. similiter si in iudicio rei vendicationis condemnauit ad rem mihi restituendam, vtique subintelligitur declarasse me illius rei esse dominum vt per Castr. conf. 232. li. 1. pariterque declarando aliquem esse debitorem videtur pariter condemnare illum ad soluendum, Rui. conf. 12. num. 5. & 6. li. 4. sic declarando Titium comisisse illud furtum, videtur vtique condemnatus ad penam ad for. statuti. Euerar. in argum. à concess. conseq. loc. 95. Mago. decis. 3. nu. 21. 22. 23. & seq.

287 Et quando sunt † latae duæ sententiæ pro eadè causa à diuersis iudicibus, vna favorabilis, & altera odiosa, quænam attendi debeat trad. Doctores in l. inter pares, ff. de re iud. c. vlt. eo. de re iud. Co. uar. var. resolu. lib. 1. c. 16. num. 4. Dd. in l. si ambiguis, de reg. iur. vbi pro reo concludunt semper in interpretatione fieri debere, si res est dubia, & reus est bonæ qualitatis, & in retractada sententia postquam ius est acquisitum fisco, Iudex noster non habebit auctoritatem, nisi data sit à Principe expressè, alioquin male ei obuenire possit, vt admonet Fely. in c. consanguinei, & in c. de ijs, de accusat. Bart. conf. 107. quos refert & referuasse dicit Baiar. ad Clar. q. 98. sub nu. 5. Et sententia contra sententiam non tenet, siue ab eodem iudice, siue à pluribus sub eodè Principe, nisi Princeps mandauerit reuideri. Nā prima sententia à qua nō datur appellatio, vt in materia nostra criminali præualet, dummodo sit lata à iudice cōpetenti, c. qui prior, vbi Dyn. nu. 4. de reg. iur. in 6. et facit quæ supra dixi nu. 244. circa præuentionē. Nec etiam in ci-

uilibus sententia contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, tenet, l. 1. C. quan. prouoc. non est neccess. Crauet. conf. 103. num. 4. Vant. de nullit. ex defect. process. num. 125. nec laudum contra laudum postquam fuit emologatū, Rot. Luc. Mago. decis. 67. num. 32. Cachera. decis. 1. num. 49. Paul. Castr. in conf. 348. nume. 1. colum. 2. vbi damnat absolutionem, quæ fit non seruatis seruandis, & dat exemplum si informationes sumptæ sunt ex officio, non datis defensionibus absoluitur reus, & non dato prius termino parti ad subministrandum, nec factis à reo defensionibus, vt refert Baiar. ad Clar. q. 58. nu. 16. ad quod summo perè est aduertendum, quia tractatur de interesse fisci, & partis offense, quamuis viderim reos in ijs terminis absolui cum clausula, rebus sic stantibus, Flor. anno 1601. in foro laicali, & Ecclesiastico; sed melius est perfecte perficere processum, et causam definitiue expedire: & nō potest negari quin ista sit tutior & laudabilior via ad effugiendum morsus detrahentium: & cum quidam Vigetus, vt sicarius, in ciuitate Mantua fuisset tortus acriter interpellatis vicibus, & semper in negatiua perstitisset, eius vxor petijt à me tunc Capiteano Iustitia, vt si gratiam à Sereniss. Principe impetrasset, quod maritus suus omnia sponte confiteretur, & ipse obtuli toto posse auxilium ei præstare, & ista statim credidit quod sperabat, & nō expectato alio responso profecta ad carceres, retulit suo marito gratiam obtinuisse, & misellus omnia spontè confessus est, & pro iustitia fuit capitaliter damnatus, & ex iussione suæ Celsitudinis erat in confortatorio ponendus, & mane sequenti decapitandus, nihilominus stante nimia credulitate, verborum vxoris, & ignorantia sua, & persuasione, rescripsi ad Sereniss. Ducem, qui tanquā Princeps Christianus & iustus, morem mihi gerendo, mandauit hunc misellum Vigetum, ductum (vt ita dicam) ab vxore ad supplicium ad tritemes trāsmitti, & sic optimo Principi quadrare potest illud Dauidicum Psal. 84. Misericordia & veritas (quæ hic pro iustitia sumitur) obuiauerunt sibi; iustitia, & pax osculatæ sunt: veritas de terra orta est, & iusticia de cælo prospexit. Farinac. quæstio. 11. num. 13. ait, quòd tunc consulendus est Princeps, 288 si sententia † est lata ex veris probationibus, quia tunc dicitur transiuisse in rem iudicatam, siue si ex præsumptionibus, sed reuera quando sententia est lata ex veris probationibus, nunquam retractari illam oportet; nam quæ super veritate fundata sunt, tanquā super lapide angulari minimè mutanda sunt, ar. l. assumptio. ff. ad municip. c. no lite timere, 11. q. 3. sed locus est gratiæ tantum Principis. Et in supradicta materia absolutionis tanquam quotidiana & vtili notandū, quòd Iudex criminalis, qui absoluit à pœna delicti, nō poterit condemnare absolutum ad damna & interesse, per l. cum principalis, de reg. iur. capit. accessorium, eod. tit. Bertazol. consil. crim. 233. Rimin. conf. 106. num. 8. inter conf. crim. diuerso. Nat. conf. 407. num. 14. vol. 2.

Quamuis Iudex criminalis incidenter possit cognoscere de causa ciuili & econtra Menoch. de arb. q. 45. & q. 82. idem de retinend. possess. remed. 3. num. 549. At in iudice nostro, qui habet amplum & liberum arbitrium supradicta difficultas cessat & etiam in iudice ordinario, quando fuit imploratum officium iudicis in querela, & fuisset petitum iudicari cum clausula, super quibus omnibus & singulis principaliter, & de per se

per se emergentibus annexis & connexis, vt Florentię seruatur: de hac clausula in criminalibus vi de Vgo. Cels. de claus. libellor. & in propof. Cag. dict. leg. cum principalis, numer. 14. & 15. de reg. iur.

- 289 † An sententia contra contumaces dicatur lata ob contumaciam, vel ob delictum? Matthes. fing. 17. vbi Saraina num. 13. Ias. in l. procurator. num. 3. ff. si quis iusd. n. on obtemp. Menoch. cōf. 100. num. 136. vol. 1. & an sit interlocutoria vel definitiua, trad. idem Farinac. d. q. 11. num. 96. & 97. vbi cōcludit esse latam ob delictum, & quoad effectum eandem vim habere sicut confessio vera, cum ibi per eum adduct. hoc procedit stante statuto, quod contumax habeatur pro confessio et conuictio, secus de iure communi: quia sententia condemnatoria contra contumacem dicitur conditionalis; † itaque condemnatus habet testamenti factionem actiuam & passiuam, donec in fortiam venerit Iustitiar, Riminal. iun. conf. 912. num. 18. & seq. vo. 6.
- 291 † Sed an sententia lata in contumaciam retractari possit? & Cartar. in tract. de execut. sent. capi. bann. c. 3. num. 51. dicit, quod si sententia lata est ex veris probationibus post decem dies transit in rem iudicatam, & incōsulto Principe retractari non potest, si verò lata sit sententia ex præsumptionibus, vel ex semiplena probatione in contumaciam, nunquam transit in rem iudicatam, multo minus quando per solam contumaciam est lata, etiam stante statuto, quod contumax habeatur pro confessio & conuictio, Bolog. conf. 34. in fin. cū alijs adduct. à Cartar. num. 51. & 52. & vide Carpa. in materia statu. Mediol. c. 10. & quæ supra dixi nu. 189. Nat. conf. 444. nu. 6. & seq. Viui. com. opin. 707. & Bonacoss. in suis q. crim. in verb. sententia, ait, quod ista sententia in contumaciam dicitur lata ex probatione priuilegiata, & non trāsit in rem iudicatam, Felyn. in c. consanguinei, in 2. col. sub num. 8. de re iud. & possit retractari absque Principis consultatione, sicut quando lata est ex præsumptionibus, & fortiores superuenerint, quæ præualent, latissime Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. nu. 46. li. 5. præsumpt. 132. num. 22. et alibi. Item quando constat notorie de iniquitate, quod verum esse opinor circumscriptis statutis, alioquin sine licentia Principis esset Iudex sine ingenio, per ea quæ dicit Cartar. c. fin. nu. 149. nisi haberet authoritatem non seruandi statuta, vt præsupponimus in iudice nostro in 1. par.
- 292 num. 9. cum seq. † & in materia statuti de contumacia vide omninò Bonacoss. in suis q. crim. super statu. in ver. contumax, vbi infert ad multa, & Farinac. q. 11. per tot. ac de multiplicibus sententiarum formis vide Decia. de delict. tom. 2. ca. 37. num. 2. de sententiæ executione, fol. 143. & c. 46. num. 6. de apostatis, fol. 274. et c. 48. tractat de crim. laes. Maiest. nume. 4. fol. 143. quibus in locis de condemnatis in contumaciam, quid iuris habetur.
- 293 † Et quoad proferendas sententias statur consuetudini, D. Menoch. de arb. q. 60. 61. 62. cum mult. qq. seqq. At Iudex noster hac potestate extra ordinaria munitus potest sententiam ferre etiam non sedendo, & de nocte, Nat. in c. sepè, de re iud. sed nunquam in die festo, D. Menoch. q. 30. nu. 8. Vant. de nullit. & defect. iurisd. num. 50. et de omnibus alijs requisitis pro validitate sententiæ tradit & multos allegat Carpa. super statu. Mediolan. cap. 31. per tot. solum aduertete volo quod in

sententia opus est verbis istis vel condemnamus vel absoluius alioquin sententia dicitur nulla, Bar. in leg. præses. C. de sen. & interloc. omn. iud. Fran. Marc. decis. 388. Nec à sententiâ criminali appellatur lata per iudicem liberum arbitrium habentem, etiam si à statuto appellatio non esset prohibita, quod intellige, vt per Felyn. in c. exceptionem, de except. Farin. de delict. & præ. q. 17. num. 30. sed ad tollendas has difficultates per totam Italiam ferè vbique sunt statuta & consuetudines, quod a sententiâ in causis criminalibus nō licet appellare, vt dixi in 2. par. num. 318. & seq. nihilominus vbi opus esset declaratione, & declaratio esset iniqua, tunc à dicta declaratione, & erronea interpretatione appellari posset. vt supra per Caball. milleloq. 718. par. 2. vi infra sub num. 302. lit. E. ver. fed.

- 294 † Modo quæri potest an ille, qui in causa succumbit, debeat in expensis condemnari? & communis opinio est quod sic, de qua per Dd. in l. eū quem temere, ff. de iud. quando scilicet ad querelam proceditur, Clar. §. fin. q. 62. ver. sed nunquid, & Menoch. latè d. tract. de arb. ca. 321. Abb. cōf. 78. etiam ab eo qui semiplenè probauit, Crauet. conf. 178. num. 10. par. 1. quando reus fuit tortus, & postea absolutus rebus stantibus, quia hoc modo non reficiuntur, cap. odia, de reg. iur. Bertazol. conf. 212. vo. 2. Farinac. q. 16. & de ijs expensis in criminalibus, Franc. decis. 776. car. 289. quia si
- 295 † statutum dicit, quod victus victori condemnatur in expensis intelligitur de sententiâ perfecta, qualis non est conditionalis, l. 1. §. 1. ff. de donat. l. si homine, in fi. ff. de vsucap. & non dicitur liberatus, qui iterum pro eadem causa molestari potest, Clar. §. fi. q. 57. & q. 62. ver. forma, & ver. sed nunquid, & in hac materia vide Ias. in l. properandum, §. fin. autem, num. 21. C. de iud.
- 196 In ciuilibus † verò secus est, quia illæ debentur, etiam si reus fuerit absolutus ab obseruatione iudicij, Cauale. decis. 14. 15. 16. & 24. & nume. 9. & seq. par. 1. & debent solui antequam actor iterum audiatur, & nos habemus statutum in ciuilibus, sub rubr. de refectione expensarum 17. & circumscripto statuto non sufficit facere depositum certum quid, cum oblatione soluendi integrum, quatenus, & c. nisi fiat in loco, vbi iudicium agitur est, Verat. dec. 342. num. 2. in 1. par. nec sufficit facere oblationem in loco prædicto, nisi etiam satisfidetur de soluendis dictis expensis, illis liquidatis, idem Verat. decis. 270. numer. 3. in 2. par. & oblatio debet esse integra, & simplex, vt quis possit euitare moram, & nō conditionalis, idem Verat. decis. 268. ea par. 2. & intellige lata prima sententia pendente appellatione, sed sententia transacta in rem iudicatam, aut si actor est condemnatus in expensis, vt quia male egit, tunc non sufficit depositum, sed debet refici antequam iterum audiatur; & ita dicunt supradicti Doctores.
- 297 † Et expensæ in quibus conditione ex statuto quis cōdemnatur, vt si statutum mandat victum victori in expensis condemnandum, eadem statuti cōditione peti possunt etiam vsque ad 30. annos, Cauale. decis. 16. num. 19. in 1. par. vide Ias. in l. properandum, §. fin. autem alterutra, nu. 5. C. de iudic. Alex. conf. 34. in fi. vo. 3. Hip. fing. 207. victus victori, & de expensis contumacialibus, articuli emergentis, instantiæ desertæ, ac aliarum sententiarum interlocutorialium loquitur etiam idem Cauale. d. decis. 16. nu. 14. vbi in sententiâ definitiua non comprehenduntur, Caball. milleloq.

leloq. 953. nume. 2. in 2. par. & qua sunt expensae contumaciales in criminalibus vide Clarum l. 9. 62. ver. sed nunquid, Crauet. consil. 178. nume. 8. Lancellott. de prator. tit. de senten. nu. 6.

298 ¶ Hinc nonnulli dicunt expensarum condemnationi locum esse à die litis cōtestatae, per quam adversarius constituitur in mala fide quoad fructus & expensas, l. certum, & leg. more, C. de rei vend. Bart. in l. litigator, C. de fruct. & lit. expens. & condemnatio expensarum est facienda quotiescunq; quis est in mala fide, saltem à die qua constituitur, & reperitur in mala fide, Borg. in reper. suarum decis. in verb. expensarum condemnatio, D. Menoch. de arb. cas. 177. Mascard. late concl. 293. Lancel. Corrad. tract. de Prator. §. 3. tit. de sent. def. in. sub nume. 6. vbi ponit 29. ampliat. & 3 r. limit. latissime A sin. pract. §. 3. 2. c. 2. vbi ponit. 79. ampliat. & 33. limit.

In mala autem fide quis multis modis constituitur proprius loquendo in causis criminalibus, vt dixi num. 38. ver. sed nunquid, Menoch. de arb. cas. 225. & Mascard. idē in conclus. 225. 1001. vsque ad 1007. de probat. Ex quibus omnibus supradictis hęc præcipuè deducuntur, ex quibus in mala fide quis constituitur, rem futuriā emendo.

- 1 Quando sine titulo possidet.
- 2 Qui emit sprete denunciatione, quod res esset aliena.
- 3 Quando quis emit contra iura & solemnitates.
- 4 Quando sciuit rem esset alterius.
- 5 Cum quis scire debuit, aut sciuisse presumitur.
- 6 Quando fama erat in vicinia rem alterius esse.
- 7 Quando emit ab incognita persona, vel à minori, vt ab ignorante valore rei venditæ.
- 8 Quando vili pretio emit.
- 9 Quando is emptor celauit rem, & pretium, & requisitus noluit eam manifestare.
- 10 Quando rem statim alienauit, vel in aliam formam conuertit, potius amittendo lucrum pristinae manufacturæ, præsertim si erat is emptor artifex.
- 11 Quando post emptionem dubitans, ne aliquid mali sibi contingeret, sibi præcauere curauit.
- 12 Quando emit pactis insolitis lucrui sui causa, adhibitis etiam insolitis cautelis.
- 13 Si postquam possessionem habuit, titulum habere mendicauit.
- 14 Quando extrajudicialiter pluries interpellatus restituere recusauit, & maluit per sententiã condemnari.
- 15 Quando iudicio primo negauit, deinde confessus est, aut conuictus emisse rem, quam emisse negauit, vel extare rem, quam non extare negauit.
- 16 Propter negationē, quamuis postea ex aliqua causa excusandus vel absolvendus, & hoc in pœnam mendacij.
- 17 Tunc verè quis debet condemnari vti mala fide, quando est ita declaratus.
- 18 Tandem quando constat iudici, quem esse in mala fide, tunc est semper in expensis condemnandus. Ad prædicta vide præsertim A sin. in d. §. 2. ca. 15. num. 34. vbi declarat doct. Bart. in l. 2. C. de fruct. & lit. expensis.

Hinc est notandum pro exoneratione, tam maiorum, & supremorum magistratuum, quam aliorum iudicum ne sub pretextu balliæ, aut cuiusdã

capitosa aequitatis, vtantur in claris arbitrio in damnum partis, que sententiam pro se obtinuit, secundum terminos supradictæ causæ criminalis, quando maxime agitur ad recuperationem rerū futuriarum emptarum, alias esset ponere manum in marsupio alterius, & tangere interesse priuarū, vt bene sentit Diaz. pract. crim. c. 1. col. 9. ver. nec decipiat. facit Abb. in c. 1. num. 23. extra vt lit. nō contestata. concor. A sin. vbi §. 32. c. 27. Quia in mala fide succumbente prædicta procedunt nedum quoad refectionem expensarum, verum etiam ad restitutionem rei ablatae, ad tradita per Dd. in l. properandum, vbi Ias. §. alterutra, de iud. quamuis alia ratione quis potest absolui à pœna statuti; Nā pœna locum habet quotiescunq; quis contra formam statuti scienter mercatur, vt dixi. At ficari potest, vt quis emerit cum aliqua bona fide vt valeat excusari à pœna ab initio, sed postquã sciuit re esse alterius, & tenuit restituere, tenetur etiã ad expensas, A sin. d. §. 3. 2. cap. 2. ampliat. 21. est enim compatibile quem excusari à pœna, non autem ab expensis; Nec sub pretextu quando reus pro seruando pudore suo se defendere curauit in iudicio potest euitare de iure expensas, negando dolose emisse, si conuincatur, ita ex dictis Doctorum, præsertim Bart. in l. que omnia, §. 1. in 3. not. ff. de procurat. & Ias. in l. properandum, §. alterutra, de iudic. nu. 9. Corrad. de Prator. §. 3. titu. de sent. definit. nume. 6. limit. 25. & quando quis excusatur ab expensis; vtraque per me supra adductos passim plur. in locis, Crauet. consil. 178. num. 8. & seq. vol. 1. Clar. & ibi Buiar. q. 11. ver. 2. & q. 62. ver. sed nunquid. Reliquum est vt taxetur & soluantur, & circa earum taxationē ex officio fiendam in criminalibus, debet considerari qualitas causæ, & illius prolixitas & conditio personarū, vt docet Bart. in l. non ignorat, num. 3. C. de fruct. & lit. expens. Alex. consil. 37. num. 33. vol. 2. Neuij. consil. 12. Dd. in leg. fancimus, C. de iud. Menoch. de arb. cas. 154. Alij dicunt expensas deberi à die publicationis processus, ex quo per testes quis magis animus & intentionem verificare conatur, & eis tacito modo per publicationem videtur uti velle, est tex. in leg. si quis inficiatus, ff. de posit. & presumitur dolose causam protelasse, d. j. properandum, qui ulterius progreditur, §. si autem alterutra, vbi Dd. C. de iud. Dec. & Cagnol. in l. qui in alterius, de reg. iur. & licet controuersum sit an actor excusari valeat, cum qui agit certus sit aut esse debeat, Castr. in l. de iustis, ff. de iudic. tamen tã reus, quam actor ijs casibus succumbentes tenentur per reg. c. calumniari, de pœn. quod disponit calumniam & audaciam tenere ligantium expensarum damno plecti debere, & ita tenet Cagnol. de reg. iur. in d. l. sub num. 25. vbi in fine nō

299 negat quin actor minus excusandus sit. Et notandum semper quod nisi expensæ petantur, iudex de iure communi non tenetur condemnare, quamuis ex officio hoc facere possit, Cauale. decis. 14. num. 34. p. 1. & hoc non habet contradictonem; & ratio est quia expensæ petuntur officio iudicis, Marant. de ord. iud. in 6. par. 3. membr. num. 12. in propos. Federic. Schench. in sua pract. de expens. col. penul. ver. itaque etiam, Vestr. in pract. Ro. c. 2. lib. 8. num. 17. Paul. Granut. theorema. 6. num. 8. Practicam verò taxandi expensas ponit Cauale. decis. 15. num. 26. p. 1. vbi ait tria concurrere debere, alioquin taxationem nullam esse; primo petatur iuxta condemnationem illas taxari à iudice & in dicta schedula scribuntur expensæ omnes

distinctè & qualiter expensæ ex officio sint taxandæ docet Bar. in l. non ignorat. num. 3. C. de fruct. & lit. expens. Alex. in conf. 37. nu. 33. vol. 2. Neuiz. conf. 17. et Doct. in d. l. sancimus. C. de Iudic. Menoc. de arb. cas. 154. sed hic aduerte quod si veniunt per sententiam definitiuam, omnes expensæ debentur, si per interlocutoriam non debentur nisi illorum actorum, quæ perierunt, vt in absolute ab obseruatione iudicij paulo ante dixi, distinctè ergo sunt in scheda scribendæ expensæ tam aduocatorum, quam procuratorum, de hoc vide Ias. in d. l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 14. C. de iud. vbi dicit, ¶ si Doctor litigat, non potest petere expensam aduocati, sed limito nisi sit in habilis: vltra quod dici solet, in causa propria aduocati querentis pro scripturis ite pro copia scripturarum, ite pro citationibus, item pro admissione, ite pro sententia, ite pro rogatu, & sic de similibus exprimendo certam quantitatem in qualibet partita more Mercatorum, & Iudex visa lista seu dicta scheda taxat, reducendo ad congruentem quantitatem, & secundo, qui petit illas, tenetur iurare super summa à iudice taxata se tantum expeditisse: tertio Iudex facta taxatione, & præstito iuramento condemnatur in dictis expensis, & executionem concedit, vt per Cauale. dicta decif. 15. num. 26. secundum præct. Alex. conf. 37. viso opportuno, col. fin. num. 29. vo. 2. & alios per Cauale. adduct. loc. cit. vbi multa quotidiana, & necessaria ponit in materia expensarum, decif. 14. 15. & 16. p. 1. Verum in criminalibus licet vera sit communis opinio, de qua supra num. 294. ¶ Tamen de consuetudine circumscriptis statutis, nunquam vidi expensas refici, nisi in causa syndicatus à calumniolis querelatoribus, & Baiar. ad Clar. q. 62. num. 23. dicit, quod constitutio Reg. vbi victus victori est condemnandus in expensis non est in obseruantia, vt testatur Caraut. ritu. 297. secus contra indebitè calumniantes officialem, vt infra in §. par. dicam. In ciuilibus non obstante statuto victus minime condemnari poterit in expensis si victor per vnū restem probauerit & per iuramentum suppletorium, Marf. fin. 485. per Bal. in auth. generaliter in §. oppos. C. de episc. & cler. vt ibi.

A Pulchrè de hac materia loquitur Couar. præct. c. 25. & 27. Vidi tamen post hæc scripta Cartariū decif. Rot. Genue executiue 1. qui tenet quod stante statuto, quod victus victori in expensis condemnatur, adhuc condemnari in eis poterit quauis in sententia iam lata nihil de expensis dictum sit, contra tex. l. terminato, vbi Dd. C. de fruct. & lit. expens. vbi secuta absolutoria vel cōdenatoria, si de expensis nihil dictum sit reus intelligitur absolutus. Sed nimirum in casu statuti Genue l. 3. cap. 5. quia statutum vltèrius prouidet, nam dicit quod ille qui in causa succubuit ipso iure intelligitur condemnatus in expensis à quibus absolui non possit etiam propter iustam causam litigandi. Sola enim ratio quod statutum dirigat verba ad iudicem non sufficeret, sed illud verbum non possit necessitatem inducit, & negat potètiã, per gloss. in c. 1. in verb. potest, de reg. iur. lib. 6. Bartol. in l. fin. num. 7. & reliqui post eum, ff. de ferrijs, leg. Gallus. in l. vbi Ias. nu. 17. ff. de liber. & posthum. iterum Bart. in l. de ijs, num. 4. ff. de transa. sic statutum resistit absoluteioni expensarum succumbentis, facit Ias. in l. non dubium, nu. 6. C. de leg. & in l. stipulatio ista, num. 17. ff. de verb. obl. & de hac denegata potètia Alciat. in l. Neos Proculo, num. 6. ff. de verb. signif. & vbiunque deest po-

tentia actus est ibi irritus, Soc. conf. 33. col. fin. li. C. 1. Et eo magis stante clausula ipso iure qua importat Canonem late sententię, DD. in l. in criminali, C. de iurisd. om. iud. Bald. in auth. habita, C. ne filius pro patre, Cano. in c. si diligenti, de for. competen. & debentur conditione ex statuto, est verum quod requiritur declaratoria iudicis quam denegare non potest, per supradicta iura.

Hinc dicitur quod etsi pœna sit imposita ipso iure, nihilominus requiritur sententia iudicis, vt exequatur, Alex. in l. si quis maior, col. fin. C. de transact. Aemilian. conf. 135. nu. 9. Cephal. conf. 171. num. 2. Tiraq. in l. si vnquam in verb. reuertatur, num. 20. Brun. super statu. in ver. sententia, plures allegat Bonacoss. qq. crim. in verb. ipso iure à quo, Magon. decif. 16. nu. 13. suas in hoc proposito duxit auctoritates, Farinac. de inquisit. q. 10. num. 70. Sed in casu statutorum Verona & Placentia, quoad expensas vbi statuta iubent reum ipso iure condemnatum esse in expensis, etiam si Iudex in sententia nihil dixerit, loquitur Ias. in l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 7. C. de iud. & multa concessit A sin. in sua præct. §. 2. limi. 22. Caball. milleloq. 948. p. 2. & ad limitationem quoque d. l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. scias quod Iudex ea die post sententiam requisitus poterit condemnare adhuc in expensis, l. Paulus, ff. de re iud. Rip. in l. dies, §. hoc autem iudicium, num. 84. ff. de damn. infect. sic re integra illam corrigere poterit, & in hac materia vide Couar. præct. cap. 25. & 27. vbi practicanter loquitur, sed quid si pœna sit ipso iure imposita, an sit locus penitentię? glo. ord. in cle. ne in agro, §. quia veto, tenet quod non, de stat. hom. & Bal. in auth. habita C. ne fil. pro patr. nec admittit purgationem moræ. l. qui ob rem. ff. de cond. indeb. l. si cui, de leg. 2. vbi quando executio est ipso iure imposita non potest retardari, hæc omnia per Ro. conf. 427. qui sub num. 5. ait quod si pœna imponitur ipso facto, non sufficit Delictum esse ininitum sed requiritur consummatio per reg. c. in pœnalibus, de reg. iur. in 6. Bonacoss. qq. crim. d. verb. ipso iure. Albe. supe. 3. vo. stat. eo. vers. & verba quæ important ipso iure explicat. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 7. Tiraq. de reuoc. donat. vers. & in reuertatur, num. 26. Farinac. de inquisit. q. 10. num. 70. Et in hoc proposito secundum materiam criminalem, si in sententia in qua delinquens fuit condemnatus ad furcas, vel in amputatione capitis, vel mutilatione membri, non sit facta mentio de publicatione bonorum, illa non intelligitur facta nec suppleri poterit postea, nisi in casu læsæ Maiestatis, hæresis, & in alijs casibus quibus de iure confiscatio bonorum venit, secundum dispositionem auth. bona damnatorum, C. de bonis proscript. & tenet Affl. super 3. feudo. tit. de pac. tenen. vers. 11. num. 2. & vide in hac 4. par. quæ dixi supra num. 24. & seq. & sub num. 281. Nec fideus restituitur

D aduersus sententiã in pœnalibus & odiosis, Boss. in tit. si aduers. rem iudic. restituit. postol. vide Sforz. Odd. de restitut. in integr. q. 3. nu. 79. cum mult. seq. & Farinac. de delict. & pœn. q. 25. nu. 166. & seq. Bertazol. conf. 197. numer. 1. 2. & 3. & conf. 162. nu. 2. vol. 1. vbi aduersus errorem iudicis in pœnis & odiosis non datur restitutio.

Sed redeundo ad materiam expensarum, si à sententia criminali non esset prohibitum per statuta appellare, in secunda instantia, de expensarum condemnatione ratio habenda esset. Nam causę criminales ad instar ciuiliū regulantur, Ias. in l. 1. §.

1. §. sublata, ff. ad Senatus. Trebell. & licet prohibitum sit appellari in causis criminalibus, ut dixi supra num. 297. & in 5. p. nu. 283. tamen fallit in causis mixtis, Alciat. conf. 12. nu. 6. vo. 7. Rimin. in cons. 29. vol. 3. Boss. de appellat. num. 8. fallit.

2. quia ab excessu appellari potest, & ab inordinato modo procedendi, dixi d. num. 283. p. 5. sublimita quando Iudex non habet arbitrium liberum in procedendo, Franc. in c. sapè, q. 10. de appellat. Bart. & alij in l. ab executore, eod. tit. Pur. de syndic. in verb. appellatio. c. 2. nume. 2. fallit; quia à nimia aut modica expensarum taxatione appellatur, Franc. mox allegat. num. 56. Rol. conf. 43. num. 6. vo. 1. Bero. conf. 31. num. 8. lib. 2. Rebuff. de senten. execut. ar. 7. glos. 12. Bar. d. l. ab executore. Sed in omnè casum appellatione cessante, poterit nihilominus querelari & supplicari ad superiorem ac de nullitate dici, ut d. num. 283. p. 5. per l. 1. ff. de offic. præf. Prætor. dum modo intra decem dies fiat, auth. hodie, C. de tēp. appell. Put. de syndic. in d. ver. appellatio, c. 2. num. 3. Nisi lex Ducalis aut statutum prohibent, ut Florentina prouiso anni 1567. die 10. Octobris, vbi in certis casibus non potest supplicari, fallit 4. Decreto syndicatoris, Neuz. conf. 17. num. 74. Felyn. in cap. inter monasterium, de re iudic. & nota quod admissio vel non admissio sunt sententiæ interlocutoria à quibus licet appellari, Franc. e. cum cessante, nu. 36. & seq. de appellat.

303. † Sed occurrit mihi in hac materia expensarum quæstio quotidiana. Dicit statutum, quod pax, remissio, aut confessio tollunt partem pænæ, ut supra tetigi, quæro nunquid ad ratam tollant etiam partem expensarum reficiendarum damnum passorū & breuiter quoad pacem, cuius beneficiū prouenit à parte, si non sit inter eas expressè conuentum, videtur quod non, quia in dubio nemo præsumitur donare, l. cum de indebito. §. 1. ff. de pro. bar. leg. Campanus. ff. de oper. liber. & † beneficia priuatorum non extenduntur, sicut beneficia Principum, l. si. de constit. Princ. sat est quod proficit quoad pænæ, sed non debet nocere quoad refarciendum damnum, quia illud in dubio dicitur inesse in pace, & subintelligitur, scilicet, quod tibi prodest, & pacem facienti non nocet, l. 2. §. item Varus, ff. de aqua plu. arcend. Bart. in l. si cui, ff. de seruitu. Soc. iun. conf. 76. num. 13. lib. 2. & quando pax dicatur rupta, vide Cephal. conf. 53. vo. 1. Mascard. de probat. concl. 1131. & 1157. & vide in statu Sereniss. magni Ducis plures leges editas 305 anno. 1547. & 1568. † Quo verò ad beneficium confessionis idem in dubio videtur dicendum, quia ius tertij à statuto tolli non potest, nisi ob publicam vtilitatem, l. item si verberatum, §. item si ager, ff. de rei vendic. leg. Lucius, ff. de euct. qui nimo nec à Principe, nisi expressè dixerit, Cur. sent. conf. 49. num. 15. ad fin. quem in materia statuti vide in cap. 24. num. 116. cum mult. seq. fol. 121. 122. & num. 144. 145. fol. 123. vbi Princeps non potest ledere aliquem in damnis, & interesse passis, Rebuff. in l. 1. nu. 3. C. de sent. quæ pro eo quod interest, in præfat. Gabriel. com. concl. tit. de non tollen. iur. quæf. lib. 3. concl. 1. & confessio ut pro fit debet fieri ab initio ut dixi, & vide Gomez. de delict. cap. 14. post num. 5. & hinc scias quod si in sententia nihil de damnis dictum sit, quicquid de expensis supra dictum sub lit. C. locum sibi nõ vendicat, quia calumniator in criminalibus tenetur pœna stellationatus quando est verè in dolo, & deficit titulus criminis, & per consequens vide-

tur teneri ciuilitè, Nam vbicunq; delictum cernit rem familiarè ex eodem delicto nascitur ciuilis et criminalis obligatio. l. qui nomine. ff. de fals. l. 1. C. quando ciuilis act. cri. præiud. sic tenet Petr. de Vbal. tract. de duobus fratribus q. 29. nu. 30. par. 8. quod verum puto quando damna petita fuerunt, & super querela non fuit secuta absolutoria per supradicta. num. 288.

306. † Lata igitur sententia condemnatoria, quæro nunquid damnatis ad mortem debeat concedi assumptio Sacratissimi Corporis D. N. Iesu Christi? & non esse denegandam tenent communiter Doctores, ut testatur Gomez. quem Clar. al legat. q. 99. ver. sed quæro, qui subdit quòd ea die assumptionis sacratissimæ Eucharistiæ ob reuerentiam executio capitalis non debet fieri; Host. in sum de immun. Eccles. Corset. sing. incip. Cardinalis, Nauar. in consil. 40. de pœn. & rem. tom. 2. cõtarium tenet, cuius verba sunt; quare arbitror licere iure solo scripto attento, damnato adhuc ieiuno ministrare communionem eodem mane, quo occidendus est, ante tres, vel quatuor horas imò & ante vnam. Imò sunt quidam, qui tenent quemadmodum infirmo, sic damnato ad mortem, non ieiunio dari posse Eucharistiam, Hen. li. 8. de Euchar. c. 50. qui multos ibi pro se Doctores adducit. Quare sancta & salubris est hæc concessio, ut à peccatis per sacramentalè confessionem absoluti per hanc assumptionem viatici in fine suæ peregrinationis in gratia magis ac magis corroborentur, & paratiores mortem sustineant; ut est mos vere laudabilis in ciuitate Mantuæ; nam feria quinta quando damnati in confortatorio ducuntur, peccata confitentur, & mane sequenti ferie sextæ, assument sacramentum Eucharistiæ tertia vero die, id est in Sabatho sequenti, sententiæ executioni mandatur de more, quia concursus plurimorum hominum fieri solet ob mercatum.

307. † Sed quid de extrema vnctione? eam non præstari testatur Cartar. de execut. sent. capt. ban. c. fin. num. 345. & 346. sed de ijs consulendi sunt Theologi, & in confortatorijs assistere solent Sacerdotes & Confessores, ac alij ad id deputati, ut coadiuuent ad saluandam animam iustitiam, & delinquentes istos saltem per duos dies debere morari in confortatorio, antequam scilicet in mortem exequatur, dicit D. Decia. tract. crim. cap. 29. num. 8. de var. q. tom. 2. quatuor non sic vbique seruetur.

308. † Sed si damnatus nolit confiteri sua peccata, tunc Iudex noster si modo voluerit, executionem retardabit, donec damnatus resipiscat, & veritatem cognoscat pro sua salute, non tamen longo tempore superfedebit, quando emendatio desperanda esset, aduertendo ne malitiosa vel fictitia sit huius impœnitentiæ demonstratio, per tex.

309. in l. Archigerontes, C. de Episc. aud. † & differre executionem est arbitrium iudici nostro & nõ alij inconsulto Principe, Menoch de arb. q. 98. Clar. §. fin. q. 97. ver. sed pone, vbi alios casus differendæ executionis capitalis ponit; primò, si aliquis non malitiose comparet, & peteret condemnatum rationem reddere priusquam moriatur de notabili summa rerum, vel pecuniarum per eum administratarum, concesso breui termino; & cognito quòd ista dilatio non sit affectata: sed nunquam vidi, nec audiui, postquam quis est in confortatorio talia perquiri, nisi pro exoneratione animæ, & in omnem casum est arbitrium iudici, Menoch. quæstion. 98. de arbit. Secundo, quando damnatus alios socios nominauit,

- uit, qui forte sunt aliunde detenti, & carcerati, & facillime haberi possunt, vel saltem necessaria diligentia pro eis habendis prius præcedere debent, ut remittantur, & remissio expectatur, donec fuerint expediti, at si non remittantur, sententia deinceps exequitur. Imo. in l. is qui reum. ff. de pub. iu. Capyc. decisio. 25. nu. 4. Tertio, si mandatum Principis esset notorie, vel euidentiissime iniustum; nam antequam exequatur, iudex tenetur prius rescribere nedsi semel, sed bis, & ter, Carrer. pract. car. mihi 21 r. num. 20. vbi etiam ipse multos casus ponit differendæ executionis sententiæ, Men. de arb. cas.
- 3103 54. † At si Princeps adhuc persistit, ut executio fiat (prout iubet) tunc cautela est, ut iudex scribere faciat, quod ex ordine Principis mandatur, ut exequatur, et non aliter (quamuis cautelam hanc non satisfacere iudicis conscientia credam, nec exoneratam remanere in totum) Nau. c. 25. Man. nu. 15. diuidit sententiã in nullam, & inualidam; & iniustam, sed validam, priorem nullo modo exequi debere ait, posteriorem sic, postquam procurauerit ne executioni mandetur, c. pastoralis, § quia vero, de off. deleg. & gl. ibid. & vbi agitur de perditione animæ sum in opere cauendum est. Nam prius obediendum est Deo, quam Casari, Bal. & Sal. in confit. habita. C. ne fil. pro pat. & vide in prop. sum. Aug. in verb. iudex, vtrum liceat iudici iudicare, et contra Deum nemini parendum. Afflict. titu. que sint Reg. nume. 29 & statuta quæ inducunt peccatum ipso iure, & factu non tenent, nec valent. Barro. in l. omnes populi, num. 1. 2. 3. & 4. ff. de iust. & iur. ergo Principes præ oculis semper habere debent exemplar diuinæ legis, ut ait Cabal. mil. eloq. 293. p. 1. num. 3. Salomon Prouerb. 8. Deute. 17. Iosue c. 1. Et in priori quidem casu nulla est melior cautela, quam relinquere onus, & munus Præturæ cū bona venia domini sui; nam quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiat? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Ut ait D. N. Mat. 16. sub iungens, filius hominis venturus est cū gloria Patris sui coram Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera sua. Item † & sic quarto casu executio sententiæ differtur propter dies festos, in quibus nullo modo sententiã criminalis exequi debet, l. si feriatis C. de fer. Bald. in l. penult. co. Boer. decis. 259. nu. 8. Sexto differtur quando condemnatus post condemnationem effectus sit furiosus. Carrer. vbi supra nu. 36. & Cartar. d. c. fin. nu. 424. vbi multos casus ponit, quando sententia capitalis differtur, Mart. in sua pract. §. opportunè, nu. 51. Put. in verb. pœna, c. 2. & Gomez. var. resol. tit. de delict. c. 13. nu. 36. cū seq. ponit octo similes casus, quibus sententia, licet transierit in rem iudicatã, potest retractari, vel saltem suspendi; Primus est, si cõstat de innocentia (vt mox dixi); Secundus, si est cõdenatus ille, qui aliena negotia gessit, vt sup. Tertius ob magnam peritiam, & publicam utilitatẽ; Quartus, quando mulier est prægnans; Quintus, quando condemnatus vult ducere in vxorem aliquam publicam meretricem; Sextus, quando suspensus statim eiectus cadit è furca illæsus, sed consulendus est Princeps, nam quandoque arte factu est, quandoque miraculose, & attenditur qualitas suspensũ; vide inf. nu. 16. Septimus, si pædet aliqua accusatio per condemnatum contra alterum porrecta sed fiscus subrogatur; Octauus, si Princeps in dulget, vide vt infra. Adde nonũ casum esse, si Cardinalis pertransendo obuiam haberet illum, qui ducitur ad supplicium, vt per Cla. loc. cit. de hoc di
- 314 xi sup. † Et ad octauum casum nota, quod remissio per Principem ante sententiam facta tollit omnem condemnationem, vt nu. 203. post vero sententiam pœna videtur remissa delicti corporalis, non autem confiscationis bonorum, text. in l. fin. C. de genera. absol. sic apud Gomez. de delict. cap. 13. nu. 38. ver. item adde. nisi aliter de mente Principis constet, & ad prædicta vide Put. de syndic. in verb. pœna, cap. 2. adde alium casum, de quo per Caball. cas. crim. 146. quando condemnatus est, & ad damna, aut expensas versus partem offensam, Rom. singul. 566. & singul. 725. Per. a Rauen. singul. 552. & Cepol. caut. 2. & tandem considera, quæ dicit Bal. in l. quicumque. col. 6. num. 20. C. de ser. fug. qui dicit, quod sententia criminaliter lata pro pœna corporali non recipit moram, neque dilationem, nec expectatur qui non habet in are, quod habeat ob priuatam utilitatem, & an pœna exilij sit inter pœnas corporales. vi. Menoch. casu 80. num. 87. & 92. & vi. in 5. par. sub nu. 248. Nam qui condemnatus est in are, & in subsidium, in pœnam corporalem, non debet expectari, quod habeat, vt per Bald. loc. cit. in d. l. quicumque, C. de seru. fug. qui locus non fuit allegatus a modernioribus criminalistis, qui post me typis ediderunt d. cas. 146. quod viderim, ni mirum quia vnus omnia scire, nec omnes legere potest. & propterea nemini licet in hoc damnare quemquam.
- 315 † Quid si iustitandus velit prius testari? & reuera isti damnati dicuntur serui pœnæ, in quibus factio testamenti, nec actiue, nec passiuè cadit, Angel. de malef. in verb. caput a spatulis. sub num. 20. Didac. Couar. de test. par. 3. num. 27. Clar. §. testamentum, q. 21. ver. 1. & Grass. de vit. volunt. §. testamentum, q. 17. nu. 18. ibi per eum adduct. multo minus si eius bona sunt confiscata, quia nec etiam de legitima filiorum testari potest, iuxta text. auth. bona damnatorum, C. de bon. damn. Cap. com. concl. 102. nu. 109. Verũtamen si bona sua sunt confiscata, de consuetudine testari possunt dñi ad mortem, vt inquit Clar. & recte, in d. §. testamentum, q. 221. & in prop. vide quæ dixi supra, & Dec. de delict. c. 24. nu. 38. lib. 7. tit. de pœn. crim. l. x. Maiest. to. 2.
- 317 † Executio autem faciendã est in loco solito, & consueto, tex. in l. pen. ff. de iust. & iur. Gomez. de delict. c. 13. post nu. 35. sed ex causa propter immanitatem delictorum, & ad terrorem alibi fieri potest, & quandoque in cancellis ferreis diu aliqui suspensi fuere, multoties vbi fuit patratum delictum ramis arborũ, vt de famosis, & insignibus latronibus, & assassinis, aliquando super demolitione muri domorum scelestissimorum delinquentium, de quarum demolitione, & diruptione tractat Bald. in l. Prætor. ff. de Prætor. stip. in l. cetera, §. sed et si quis, ff. de leg. 1. quam ¶ demolitionem non possunt creditores impedire, dum modo fiscus satisfaciat, Capic. decisio. 130. nu. 73. vbi conciliat Bart. in l. 1. §. seruus, ad Syll. vide Luc. de Pen. in l. quisquis, C. de perit. bo. sublat. lib. 10. & Deci. de crim. lib. 7. tit. de pœn. crim. l. x. Maiest. c. 24. nu. 37. to. 2. Put. in verb. contumacia, c. 2. nu. 1. 2. & 3. & hæc demolitiones de facto fiunt, vel stante statuto, sed de iure communi non videtur iure cautum, vt dixit Luc. de Pen. in d. l. quisquis, C. de perit. bon. sublat. lib. 10. Clar. q. 82. statu. 8. vbi plura dicit, & ibi Barar. num. 83. vique ad num. 98. vbi ait domum a fundamentis diruendam esse, stante statuto, per Bald. in l. Prætor. ff. de Prætor. stip. & quod verã vice propter inobedientiam tantum non possit destrui,

destrui, idem Bald. in l. cetera, §. sed & si quis, ff. de legat. 1. Farinac. de delict. & pœn q. 18. nu. 39. ait, nec per solam contumaciam. Quid si sit demolenda, sed ante delictum alteri fuerat & est pignorat, Gig. tract. de cri. l. x. Maiest. tit. de pœn. com. q. 37. quibus in locis habetur, quid si vxor contradicat, q. 36. vbi de consuetudine ait nō posse demolitionem impedire, Albe. Rosat. 3. p. stat. q. 7. Ang. de malef. in ver. & eius bona. quid in socio communi, P. tr. de Vbald. de duob. frat. p. 8. nu. 26. q. 25. Et Neapoli, & alibi iustitia fit super muris ciuitatis, & de hac re vide Cartar. d. tract. de execut. sent. capt. bann. nu. 436. cum seq. ca. fi. & Clar. q. 99. ver. item quæro, tamen quandoque nobilitatis sanguinis causa, vel ad instantiam cognatorum seu affinium, vel ad euitanda scandala Principes mandant in carceribus, vel in alio loco remotiori exequi strangulando, aut decapitando dānatos, sed postea corā publico exponuntur cada uera vt inquit Afflic. super cōsti. in verb. Mōnarchiā, not. 6. & ita Ianuē pluries seruari vidi; & hæc expositio prudēt fit in publicis locis & plateis, vt vnus pœna sit metus multorū, l. capitaliū, §. famo sos, et l. aut facta, §. si. de ff. pe. sic docet Pau. Ghirl. in d. tit. de relaxat. carcer. q. 1. nu. 3. vnde verius.

*Oderunt peccare mali formidine pœna,
Oderunt peccare boni virtutis amore.*

319 † Et nisi cada uera iustiatorū corā populo exponatur, murmur nō deficiet, ex quo vulgus iustitiā clamāt, & opinatur iustitiā nō fuisse executam nisi viderit, & alij dicūt, q̄ iustitia non debet esse priuata, sed publica, vt vult l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. facit Pur. de syndic. in ver. contumacia, cap. 1. num. 7. & 8.

320 † Expensas autem, quæ in confortatorio religiosi, & alijs personis pijs, & assistentibus pro salute animæ iustitiam faciunt, pertinere ad fiscū de iure communi tenet Clar. quæst. 99. ver. quæro hic, Capel. Tolos. decis. 41. nisi aliter de consuetudine seruetur, Cartar. de execut. sent. capt. bannit. c. fin. num. 456. & seq. verum hoc procedit bonis publicatis, at si non sunt publicata, ad hæredes delinquentis spectat soluere, vt inquit Capel. Tolos. d. decis. 41. Sed si executio differatur, vt in casu, quod quis velit ab eo rationem negotiorū gestorū reddi, postquam iustitiam fuit in confortatorio positus, tunc is subministrabit expensas, quas ab inde facto suo fieri contigerit, l. commoda, ff. de reg. iur. At est sum mopere aduertendum, quando iam iustitiam est bene dispositus, contritus & paratus pro amore Dei suscipere supplicium, ne propter dilationem supplicij ab eo animo remoueatur, & audiui quosdam Christiane preparatos, quibus gratia vitæ facta est, ferè agere tulisse: alios similiter, qui in confortatorio animā suā preparauerāt per cōtitionē & cōfessionē, deinde fuisse necatos, vel mortuos in discriminē & periculo perdendi animā, itaq; semper ad Deū pijs precibus recurēdum est, vt anima salua fiat.

321 † Expensæ vero, quæ pro caualcatis & captiuis aut pro infirmitatibus fiunt, etiam repetuntur ab hæredibus, si fiant à Curia vel à communitate, vt per add. ad Capel. Tolos. decis. 41. Ang. in auth. de coll. §. iubemus. Et an expensæ in prosequendis bannitis fiscus repetat, & pro illis præferatur anterioribus creditoribus, vide l. 1. C. de primipil. vbi ratione publicæ utilitatis videtur dicendum quod sic, leg. 1. vbi glo. & Doct. C. de mulier. quæ scr. propr. inter, Peregr. de iure fisci l. br. §. nume. 193. & 194. Affli. tit. quæ sunt Reg. c. 1. §. & bo-

na committentium nu. 119. in vs. seu. contrarium tenet Gigas. tract. de crim. l. x. Maiesta. tit. de plur. & var. quæst. 12. cum eo Luc. de pen. in l. 1. col. 7. C. vt Rustic. li. 12. sed ipse teneo quod si bona pro vtroque non sint sufficientia, quod fiscus non excludat creditores anteriores. ar. l. ad comparadas. C. manda. reg. qui sentit commodum, & in dubio contra fiscum. l. non puto, ff. de iur. fisc. Et quod dictum est de alijs expensis, idem dicitur de erectione furcarum, Put. de synd. in ver. maniuoltus, cap. 1. dicit, quod Iudex potest cogere personam vilem vel infamem pro exequendo tali officio, Bart. Bald. & alij in l. fin. C. de execut. rei iud. & salarium ei datur, Cartar. de tract. c. fin. nu. 454. cum mult. f. q. sed in personis nobilibus pœna furcarum non est in vsu, nisi in crimine læsæ Maiestatis, Baiar. ad Clar. §. furtum, num. 68.

322 & 69. & quæst. 60. nu. 69. † & in erectione furcarum versatur publica utilitas, quia publica iustitia reprimit malos, consolidat bonos; Oldrad. cō sil. 151. incip. Thema tale est, quem adducit Put. in ver. contumacia, cap. 1. num. 8. & ait, quod furcæ sunt signa meri imperij, per l. 1. C. vt nem. lic. sig. rebus in po. & Bald. in l. 1. ff. de offic. præfect. dicit merum imperium esse in furca; qua de re

323 erigens † furcas sine mero imperio incurrit crimen læsæ Maiest. l. 3. ad leg. Iul. maiest. Decian. tract. crim. lib. 7. tit. de var. mod. quib. hoc crim. c. 9. num. 6. tom. 2. per Bald. in l. data opera, col. 3. prop. fin. C. qui accus. non poss. Gig. tract. crim. l. x. Maiest. sub tit. qualiter & a quib. quæst. 35. &

324 Decia. in illo tit. tractat † de pœna illorum, quia assumunt auctoritatem publicam, quam non habent, primo, si quis asserit se Regem; secundo, qui iura regalia, vel iurisdictionalia se habere persuadet; tertio, assumens insignia Principis; quarto, qui sibi Magistratum vel merum imperium adscribit; quinto, qui furcas erigit, vel erigere mandat; sexto, qui priuatum carcerem exerceat; septimo; qui torturam infert; octauo qui statuta condit; nono qui seruus est, & tamen exercet magistratum; decimo magistratus, qui potestate Principis sibi arrogat; vndecimo, qui bellum inconsulto Principe indicit; duodecimo, ductor exercituum sine iussu; tertio decimo, arcem contra voluntatem Principis tenens; quarto decimo, qui castrum sub falso verbo Principis ingreditur; ijs supradictis modis incurritur crimen læsæ Maiestatis, qui prædicta faciunt, non habentes auctoritatem, & Florentiæ extant statuta in libr. 3. Rubr. 79. & 80. vbi est pœna libr. mille toties quoties, & in Rubr. 82. est pœna Banni & potest impune offendi ille qui iurisdictionem declinauerit. Hic tamen casum annectere volo, per quem plura in actu practico de assumentibus sibi auctoritatem, quam non habent decidi facillime poterunt, & quæ conferunt ijs quæ infra sub nu. 454. dicuntur.

325 † Quæro igitur an Procurator fiscalis absque Pratore valeat capturari facere delatos in delinquentes? & hic est distinguendum an per modum prouisionis, aut per modum iurisdictionis prout supra in 2. p. sub nu. 5. & 6. primo casu licet, per ea quæ infra dicā; secundo casu de iure talis iurisdictionis nō videtur concessa nisi procuratori Cesaris, vt tenet Azo. in sum. C. de offi. proc. Cesar. & tenet Doctores id esse speciale in solo procuratore

326 Cesaris, † qui habet iurisdictionem magnam tã circa res, quàm personas, vt not. Dd. in leg. 1. & in leg. imperium, & in l. Magistratibus, ff. de iurisd. om. iud. & de qualitate iurisdictionis, tantū

- capturandi plura dixi supra dicta par. 2. circ. prin. & si hoc est speciale in procuratore Cæsaris, ar-
 327 gum. eius, quod dicitur † de præscriptione Imperij, que non nisi ceterum annis procedit, Felyn. in c. ad audientiam, vbi etiam de Ecclesia Romana tantum dicitur, & per Balb. de præscr. 1. par. 5. par. sub nu. 16. & 17. consequens est dicere, quod circumscripta consuetudine non licet, neque iurisdictionis competit alijs procuratoribus fiscalibus capiendi facere: Nam, vt ait Pereg. de iur. fisc. li. 1.
 328 nu. 12. fiscus † nullam habet de iure iurisdictionem, nisi expressè à Principe, vel à consuetudine concessa sit, cum sit pars, que iura Camere tuetur, atque defendit, vt dixi in hac 4. par. num. 146. Fiscum succedere loco accusatoris.
- Cæterum quoad capturam per modum prouisionis non est dubitandum, quin possit ex se ijs
 329 potissimum rationibus, † Primo, quia Iudex in competens potest detineri facere delinquentem, vt Iudici suo consignet, tex. in auth. de defensor. ciuita. §. audiens, collat. 3. Bald. in l. si verò, nu. 6. super feud. de pac. tenen. Boer. decis. 215. num. 34. Gomez. var. resol. tit. de captura reor. nu. 3. D. Farinac. de delict. de carcer. & carcerat. q. 27. n. 5. vbi de communi testatur, quamuis Boss. in tit. cõfess.
 330 nu. 48. dicat, quod capere faciens aliquem † per iudicem incompetentem, amittit ius suum, tamè nu. 53. limitat id verum esse in debitore, secus in
 331 reo, & assignat rationem, quia in dubio † rei criminis, vt plurimum sunt suspecti de fuga, sic innuit tex. l. consentaneum. C. quomo. & quan. Iudex, vbi Bal. col. 5. vers. quero, & dicit, quod citatio nõ fit fienda, quando est suspicio fugæ, & ibi Ant. de Butt. Assin. pract. §. 7. c. 11. vbi de suspitione, Bart. auth. testiu. d. §. 7. c. 5. limit. 12. Clar. q. 11. ver. 2.
 332 † Hinc est quod Iudex laicus potest detineri facere Clericum, vt Iudici suo consignet, Bal. in l. si quis in seruitute, ff. de furt. & per Dd. supra alleg. & dixi p. 1. nu. 86. & 223. in 2. par. & Boss. in d. tit.
 333 de captur. nu. 38. † Nec potest hoc casu obijci exceptio incompetentiæ, vt aiunt relati Doctores, & pulchre Caccial. tract. de debitor. suspect. de fug. q. 4.
 334 † Secundo, quia licet executoribus capere aliquem ad instantiam priuati, nec ipsi, nec priuatus pœnam incurrunt, quia ad eorum officium spectat capere malefactores, d. auth. de defensor. ciuita. §. audiens, & per Gomez. vbi supra, d. nu. 3. tit. de cap. reor. nec refert id, quod supra dixi in 2. par. sub nu. 14. & alibi, quando executores non habent licentiam à Iudice, quia est verum, si postea in casu isto, nequaquam iustificaretur captura; & ita de consuetudine seruetur per ea quæ tradit Put. de syndic. in ver. captura, c. 2.
 335 † Nec priuatus requirendo executores tenere, nisi id temerè petijset sub velamine iustitiæ, l. consilij, de reg. iur. & per ea, quæ dicit Clar. §. fi. q. 88. & ibi Baiar. sed quando causam haberet legitimam, vel coloratam, posset excusari: secundum Bertazol. conf. 443. 447. & 461. vo. 2. ergo si ad instantiam priuati, multò magis ad postulationem procuratoris fiscalis, pro mantentione iustitiæ captura sustinebitur.
 336 † Tertio, quia etiam persona offensa potest detineri, aut detineri facere delinquentem, dummodo intra viginti horas Iudici consignet, sicut etiam euilibet alteri hoc licere dicitur pro suo interesse, in fragranti delicto, per tex. in l. interdum. la. 2. §. qui furè. ff. de fur. Bart. in l. veru. ff. eo. Bal. in l. fi. C. de exhibe. reis, Gomez. var. resol. d. tit. de captu reor. sub n. 3. Decia. de delict. to. 2. li. 7. tit. de var.
- 337 mo. c. 10. sub nu. 11. & 12. † Hinc inferitur ad debitorè suspectu de fuga, vt per Caccial. d. tract. de debitor. suspect. de fug. q. 4. sub nu. 2. & ad furem, qui à quocunque, et ubique capi potest, etiã in Ecclesia, Clar. q. 30. ver. an fures, Couar. var. resol. li. 2. c. 20. nu. 3. alios adducit D. Farinac. in titul. de carcer. & carcerat. q. 28. nu. 51. vbi ait de consuetudine introducta à Clericis & laicis, simul hoc fieri posse, nimiru si vtiq; procuratori fiscali hoc licebit.
 338 † Quarto, quia nedu à persona offensa delinquens detineri potest, sed à quolibet alio de populo, dummodo de publico crimine agatur; & præfent caprum statim corã iudice, secundum Bart. in l. cum eo, ff. ad leg. Iul. pecul. Bal. in c. 1. §. si quis vero, il primo, de pac. iura fir. in vfi feud. D. Farinac. d. titul. de carcer. & car. d. quaest. 27. nu. 23. & 24. cum alijs ibi per eum alleg.
 339 † Quinto deducitur quod licet captura à principio esset inualida, si ex post facto iustificetur, capi faciens non tenetur, Borgn. decis. 1. nu. 49. per Franc. Marc. decis. 1063. p. 1. & per alios, vt ibi in 1. par. quamuis alij contrarium sentire uideantur, Ro. sing. 496. in fin. quia eius opinio procedit contra iudicem incompetentem, qui uti competens se gessit; & sic per uiam iurisdictionis capi fecit, secus si per modum prouisionis, vt supra in primo fundamento, & vide Farinac. d. q. 27. nu. 151. cum
 340 ibi per eum adduct. † & in tantum est uerum, ut licet captus in meritis absolueretur, nihilominus capi faciens nõ pateretur pœnam. Bertaz. cõf. 403. num. 2. uo. 2. vide add. ad Clar. q. 28. nu. 8. 9. 10. & 11. & recurre ad ea quæ supra dixi in 2. par. per discursum. Sed quæso bone vir, ne sub prætextu iustitiæ vindictam sumas quem per modu prouisionis capere satages. Nam si captura nõ erit iustificata teneberis de carcere priuato, vt dixi in 2. par. per l. nemo carcerem, de priuat. carcer. et infra num. 346. quoniam Farinac. de car. & carcerat. q. 27. nu. 9. usque ad nu. 16. tenet quod pœna carceris priuati sit ultimi supplicij: & teneberis etiam ad damna, expensas, & interesse: & ait quod eadè pœna punitur Iudex qui negligit huc condẽhari.
 Et ideo non potest procurator fiscalis argui, quod
 341 † locu tenes Clarissimi D. Fiscalis Florentiæ, qui habet meru, & mixtu imperiu, & magna dignitate & autoritate fulget, ad instar eorũ, de quibus
 342 loquitur Boe. de autho. magni cõf. sub nu. 8. † tu locu tenes eius, & subrogatus à Sereniss. Principe dicatur sapere natura subrogati, si eũ, §. qui iniuriaru, ff. si quis cautio. Bar. in terminis in l. 1. §. hi
 343 qui, de leg. 3. & † addidit Excell. D. Marth. Carlinus Aduocatus Flor. nemini secudus ita tenere Bal. in l. 1. §. a prefaris, ff. de le. 3. Cast. in l. 2. in fi. ff. de offic. suo; Nã D. Fiscal. Florentiæ æquiparatur Procuratori fisci Cæsaris; qui (vt iã dixi) habet plenã, l. 1. C. de fid. instru. & iur. haste fise. Soc. conf. 46. eleganter, nu. 1. ver. in cõtrariu uiderur, vo. 4. & quia D. Aduocatus Fiscalis Flor. habet cognitio nẽ super principali, utique super emergentibus, depẽditibus & annexis cognoscere potest, Dec. cõf. 44. nu. 6. & siue sit quaestio, siue incidens, siue e-
 344 mergens, similiter † suũ locu tenens cognoscere potest, vt declarat Bal. in l. 1. col. 11. n. 8. ff. de ord. iudic. & facit Soc. cõf. 46. col. 2. in prin. vers. videtur vbi explicat D. Fiscal. habere iurisdictionẽ, et in statu Mediolani de hac re nõ dubit. tur, & Flo. cit ca incorporationes bonorũ cõfiscatorũ autoritas licet tributa sit D. Capitaneis partis; tamẽ non est adẽpta D. Aduocato fiscali, qn & ipse incorporat.

445 ¶ Punctus est videre, an & quando Procura-
tores fiscales habeant causam iustam capere faciē
6 di, saltem per modum prouisionis? ¶ Nam qui
temere & sine causa legitima capi alium facit tenet
actione iniuriarum, ob infamiam, quam
captura irrogat: tenet Bald. in l. si Clericus, C. de
Episc. & Cler. D. Menoch. de arb. iud. cas. 87. &
per ea quæ sup. dixi in 2. p. sub nu. 11. Verum esset
magis laboriosum quàm subtile causas omnes en-
arrare, quæ præstant iustam causam (saltem colo-
347 ratam) capturandi, ¶ sed pro nunc sat erit regulā
ponere, quòd nedum ob facti prohibiti speciem
detectam quis capturari potest in ijs, quæ sapiunt
delictum; verum etiam ex præsumptionibus &
coniecturis, vt in ijs quæ sunt difficilis probatio-
nis, pnta in delictis nocturnis, in mandato, & fur-
tis, & in omnibus alijs delictis, quæ ab vno tantū
committi possunt, & quæ clandestine fiunt, de
quibus omnibus spatium per totum hunc tracta-
tum, & potest causa capiendi ortum habere ante
delictum, vt in illis, qui mandatum dedere ad de-
linquendum, vel consilium, aut opem circa præ-
paramenta, vel reperto facinoroso in facto fieri; i-
tem in facto esse vt in fragranti, exemplum de a-
dultero, de quo in l. capite quinto, de adult. de re-
perto in rixa, vel furari, & huiusmodi; vt in d. 2.
par. Item post factum delictum, vt de illo, qui gla-
dio sanguinolento fugiens captus est, vel cum reo
348 bus furuius repertus, & huiusmodi; ¶ quoniam
ex coniecturis, & præsumptionibus possunt delin-
quentes, vel pro delinquentibus habiti capi. vt in
d. 2. par. à num. 7. cum plur. seq. & in 3. par. à nu.
78. vsque ad num. 116. & de consuetudine ex qua
libet causa degenitur ad capturam, Bald. in l. & si
certus, ad Syllan. Ang. in l. itē. §. quæstionis, ff. de
injur. Sal. in l. nullus, C. de exhib. reis, Vulpel. col.
74. vo. 1. & est iudici arbitrariū, Alc. in l. circa, de
verb. sig. Marf. sing. 93. Baiar. ad Clar. q. 28.
Verum quia circa præsumptionem falsitatis
scripturarum nihil vel parum dixi; nunc oportu-
349 ne in materia capturæ ¶ hæc in medium afferre
350 duxi. ¶ Certum est quòd in materia scripturarū
suspicio falsi habetur pro falsitate; est materia l. si.
C. de edict. diu. Adr. tollen. vt Bar. Bald. Zuchard.
& alij, quos adducit Mascard. de probat. concl.
739. n. 5. & 6. to. 1. Ancha. col. 173. n. 5. Viui. decif.
81. li. 1. & suspicio falsitatis causam præbet capturā
di, Vrsil. ad Afflic. decif. 165. nu. 4. Dec. conf. 174.
351 ¶ quia suspicio est opinio mali ex leuibus indicijs
procedens, secūdum Diuum Tho. 2. 2. q. 60. art. 3.
352 ¶ Suspicionem vero falsitatis plures sunt, quæ
ex scriptura sumi possunt; prima est, quando scrip-
tura est apparenter mutata, addita vel diminu-
ta, Viui. decif. 81. num. 6. lib. 1. & tex. & Dd. in d.
l. si. C. de edict. Diui Adr. tollen. Nam sicut olim,
qui syllabā mutabat, cadebat à tota causa, vt not.
353 in l. 1. C. de formul. & impet. act. ¶ ita hodie, qui
alterat originale alicuius scripturæ publicæ, siue
illius exemplum, amittit causam, & pnam mere-
tur, text. in l. in fraudem, §. quoties, ff. de iur. fisc. &
ibi Dd. qui tenent hoc fauore & priuilegio fisci
procedere, vt etiam declarat glos. in d. l. 1. C. de
formul. Peregr. de iur. fisc. li. 7. tit. 3. n. 39. & quot
modis instrumentum seu scriptura sit suspecta de
falso, vide Bald. conf. 402. vol. 5. Crauet. conf. 134.
num. 34. Ferrat. Garthia. conf. 126. nu. 11. pulchre
Mandell. conf. 99. Bertazol. conf. 91. nume. 35. &
Add. ad Clar. in §. falsum, nu. 113. cum seq. Caute
la mihi videretur esse vt in dubio potius res co-
gnoscatur à iudice coram quo lis ciuilitur agitur,

quam curare, vt abdicatur vi-rescripti, aut aliter à
iudice criminali, quoniam in criminalibus suspi-
cio falsi nō habetur pro falsitate, secus in iudicio
354 ciuili, per ea quæ dixi sup. nu. 304. & 349. ¶ Secū-
da coniectura seu suspicio est falsitatis, quando
scriptura est interlineata, quia est prohibita inter-
lineatura in scripturis, Pap. in for. libel. quo peti-
tur hære. ex testa. gl. non abolitum, refert etiā D.
Menoc. de adipisc. possess. remed. 4. nu. 708. & ra-
355 tio est, ¶ quia post factum non admittitur sup-
pletio, nisi autoritate iudicis, tex. est in c. cum P.
356 tabellio. de fid. instru. ¶ quia supplere est de no-
uo facere, & non declarare, vt inquit Gozad. col.
41. nu. 17. quæ suppletio fit inter vtramque lineā,
357 ¶ & appellatur interlineatura, de qua supra, &
non dicitur interlineatura quando quis super ver-
bis in vno versiculo scriptis, calamo in extensum
358 lineā facit, quia hoc modo dicitur proprie ¶ cas-
fatio vt statim dicam; fit etiam suppletio in mar-
gine, quæ pariter prohibetur, Anch. col. 43. 1. & in
conf. 173. n. 8. & Masc. d. col. 748. n. 40. facit Grā-
mat. conf. cri. 24. & appellatur apostilla, vt infra.
359 ¶ Tertia suspicio oritur, quando scriptura ha-
bet aliquā declarationē, seu additionē diuerso a-
tramento factā; Menoc. de arb. cas. 187. nu. 35. Ce-
phal. conf. 287. nu. 27. li. 2. & Brun. conf. 95. nu. 4.
360 ¶ Idē quādo liberæ nouę super antiqua scriptu-
ra reperiuntur per apostillā, vel interlineaturā; An-
361 ch. col. 43. 1. et p. tex. in c. inter dilectos, de fid. in-
str. Menoc. vbi supra nu. 37. & 39. ¶ vbi elicitur
quarta suspicio p. apostillā diuersa manu scriptā, p.
Doctores quos ipse allegat. Idē ex diuersitate char-
tæ, Mascard. d. concl. 740. nu. 19. 20. & 21. Hinc est
q. bulletini de quota hæreditatis vnicuique hære-
diti scripti, in quibus portiones factę afferbantur,
nō carēt suspicione falsitatis, secūdū ea, quę tradit
Abb. in conf. 10. nu. 2. ver. non obstat, & Plot. de
in lit. iuran. §. 44. nu. 4. Franc. Marc. decif. 743. p. 1.
quia in tā modica scriptura manus diuersorū ar-
guit fraudē, per supradicta, quæ fraus ex assertio-
ne elicitur eorū, qui se fundāt super bulletinis, vir-
tute declarationis in eis factę diuersa manu, & a-
tramento, affirmantes quòd pars aduersa habuit
suū bulletinū, quę ex se accepit, & de portione il-
la in dicto bulletino se acquieuit, vt aduersantes
362 in suis positionibus deduxerunt, ¶ & certum est
quòd ponēs id q. ponit affirmare dicitur, & ideo
si aliquid cōtra ponētē contineat, positio illi noce-
re potest, l. cū precū, C. de liber. cau. trad. Alex. in
col. 71. col. 1. num. 4. vo. 3. & ita dicit Afm. in sua
363 pract. §. 19. c. 24. nu. 4. ¶ quæ positio si est falsa,
ponēs de falso tenetur, si veritas in facto ex testi-
bus met ponētis est in contrariū, & inest dolus; et
quia nocet positio iuncta cū bulletinis virtute di-
364 ctę additionis manu, & atramēto diuersis, ¶ qui
bus cōcurrētibus locus est pænæ falsitatis; Host.
in sum. de fals. & per text. in l. quid sit falsum, de
fals. dixi in pract. de test. p. 3. nu. 68. & par. 4. sub
num. 79. vbi falsitate per mendacium cōcludi, et
go puniendi, Mascard. cum alijs per eum alleg. cō-
cluf. 738. nu. 12. & ideo licet bulletini nō sint fal-
si, quia adiuuantur primordio veritatis, l. cū filius,
§. hæres meus, ff. de legat. 2. & dixi in d. pract. p. 3.
nu. 69. & 70. & Clar. §. falsum, vers. præterea, tamē
propter illam adiectionem declarantem intentio-
nem ponentis debet sequi pænā falsi, cum per te-
stes constat partem non accepisse suum bulletinū,
365 ¶ & per testes scriptura priuata vitiatur si ei ad-
uerfantur, Felyn. in ca. cum Ioannes, nu. 50. vers.

Secundo intellige, de fid. instrum. Boss. in titul. de fals. numero octauo, & vigesimo sexto versic. sed in alia scriptura priuata; nec iuuat dicere quod aliud sit arguere bulletinis, aut instrumentum nullum carens debitis requisitis, aliud arguere de falsitate; quia hic agitur de illa subscriptione & declaratione facta, & exhibita in actis per quam datur fides bulletinis nulliter factis, & damnum magnum affertur parti, & paria sunt producere falsum testem, vel falsum articulum, Boss. dict. titul. de fals. numero 154. in fin. Viui. qui de communi testatur decis. septuagesima prima, numero sexto libro primo & agitur de illa positione facta ab aduersarijs, quæ non est vera; quæ de re scriptum est, pauperis ne miserberis in iudicio, ne diuiti fiat iniustitia.

366 Quinta autem falsitatis suspicio est, si exemplum habet relationem ad imbrementuram, quæ non reperitur, §. fin. in authent. de tabellio. Idem si scriptura citat alteram, vel vna epistola seu litera habet relationem ad alteram, Dd. in authent. si quis in aliquo, C. de eccl. & si non falsa, tamen erronea reputatur in dubio, nisi contrarium doceatur; Mascard. dict. conclus. 740 numero trigesimo tertio, & trigesimo quarto, quod facit pro mercatoribus & bancherijs;

368 sed hoc non facit ad rem nostram. Sexta suspicio est cancellatio seu rasura; nam presumitur ex viuo visibili continere falsitatem, Dd. in dict. leg. final. Codic. de edict. Dni Adr. tollen. ibi nec abolitum, nec cancellatum. Prac. Pap. in for. libell. quo petitur hered. ex testam.

369 glos. non abolitum. Septima suspicio oritur ex incisione scripturæ, Crauet. consilio vigesimo octauo, numero octauo, & Menoch. dict. cas. 187. numero quadragesimo octauo vbi in protoglossis id euenire solet. Octaua suspicio colligitur, quando id quod est adiectum (quamuis non noceat) tamen reddit iudicem ancipitem, & opus habet ab alio querere vnde, & qua de causa talis apostilla seu additio facta sit, quia dicitur habere notoriam qualitatem suspectam prima facie, Bar. in l. 2. ff. si quis iusd. Aret. in c. ad decimas, de restitut. spol. & Tiraq. de pen. temp. aut remit. nume. 61. licet non vitiet, imo declarat, tamen negari non potest, quin ante ipsam declarationem per solam inspectionem talis additionis iudex non habeat gentem causam suspicandi, cum tractetur de re, quæ pot. ff. de re prauidicium fisco, vel patri saltem dubitaret, & satis est quod scriptura suspicionem primo aspectu parit, Ancar. d. conf. 173. nu. 5. & conf. 431. ad quam quilibet vir prudens moueri potest, Bertazol. dict. conf. 543. per tot. vo. 2.

372 Et etiam quia addere est res de se prohibita, vt supra num. 352. & ideo est punibilis saltem extraordinarie, D. Menoch. de arb. cas. 306. num. 26. & in tract. ad ipse. remed. 4. num. 490. vbi reprehendit Zuchar. & pulchre Bertazol. d. conf. 543. vo. 2.

373 Qui dicunt penam extraordinariam procedere, quamuis actus non sit nocibilis; ex quo qui facit quod ad suum officium non pertinet, culpa carere non dicitur, l. qui non facit, de reg. iur. vbi Cagnolus dicit, quod iste contrauenire dicitur.

374 Sed in hoc casu non tenetur pena falsi, quia non concurrunt illa tria essentialia; nempe mutatio veritatis, dolus, & quod alteri noceat, de quibus per Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. Afflic. decis. vlt. num. 8. Grammat. vot. 36. num. 4. & dixi paulo ante, at non excusatur a tali quali pena extraordinaria, & leui arbitrio iudicis; iux-

ta l. respiciendum, ff. de pen. Menoch. d. cas. 306. num. 26. etiam si sit super pecuniarijs, nec alij noceat, nec sibi talis additio super scriptura publica profit Surd. consil. 355. numer. 52. idem in consil. 375 fil. 173. numero vndecimo, par. prima vbi etiam dicit, penam hanc extraordinariam non irrogare infamiam; & non sumus vere in falsitate, sed in errore & facto fieri prohibito, & eo magis non euitatur pena, si sciens fecisse actum prohibitum non abstinuit ab vsu dictæ scripturæ; vt inquit Bald. in sua pract. in tit. quæstiones circa sententiam, q. 10. sub nume. 6. At pro contraria parte videntur facere Guid. Pap. decis. 326. Capel. Tolos. decis. 6. Grammat. decis. 6. quæ tamen hæc supradicta non tollunt, si bene ponderentur. Non ab similibus ab assumere sibi authoritatem publicam, de qua supra nume. 324. est culpa illorum officialium qui res, vel pecuniam publicam in proprium vsum conuertunt, de quorum pena ultra alios tractat Caualecan. decis. crim. 37. part. 5. vel eam mutuo recipiunt sine superioris licentia. Nam si est alia pecunia quam aurum, pena est quadrupli, vt in leg. j. & ibi Odofred. & Luc. de Pen. C. de exat. tribut. libr. 10. at si est aurum tamquam res pretiosior pena est capitalis; vt in leg. 2. & ibi Doe. supradicti. C. eo. vbi aiunt quod qui non intrat per ostium dicitur fur & latro; & Dec. in consil. 6. ad hæc propositum multa iura adducit, & in fine ponit tres casus. Primus de eo qui recipit pecuniam pro Domino vel Republica, quam statim restitue re tenetur, & is statim in mora constituitur. Secundus casus est de eo qui accepit pecuniam conuertendam puta in emptionem, vel exponendam in rebus occurrētibus pro necessitate Reipub. & pariter si pro se vitur statim incidit in penam tamquam contrectans rem alienam inuito Domino. Tertius est casus de illo qui exigit pro Rep. & penes se custodire tenetur vsque ad certum tempus, intra quod si pro se vitur illa pecunia vel mutuo non tenetur; at si adueniente tempore non est paratus restituere tenetur vt supra in alijs precedentibus casibus. Adde quartum casum si Mensarius pecunie principis quæ solet mutuo dari sub certis ordinibus, & cum licentia superioris, si Mensarius sine ordine & licentia mutuo dat tenetur pena extraordinaria, ex quo is casus non inuenitur de iure decisus, nec cadit sub titul. de exactor. & trib. libr. 10. nec sub titul. de ijs qui ex public. ratio. eo. libr. Nec sub titul. Ad leg. iul. pecul. licet videtur ibi cadere, at nullum simile non est idem. leg. quod Nerua. ff. de pos. §. sed inter eas, in situ. de nupt. quamuis dixerim quod in casibus non determinatis procedendum sit de similibus ad similia, per leg. non possunt. ff. de leg. & quod de similibus idem sit iudicium. leg. final. vbi Salycet. Codic. de constit. pecu. tamen est verum, quo ad procedendum, secus quo ad condemnandum per ea quæ dixi numero tertio, in hac quarta par. vel quando simile in substantia reperitur conformiter puniuntur a iure vt in hoc propos. dixi supra numero 104. & forte excusaretur si pecunia mutuata fuisset antequam detegeretur; reposita est & restituta secundum ea quæ dixi in secunda par. sub numero 217. & ob aliam rationem de qua in leg. prima ad leg. iul. pecul. ibi nisi cui vtrique licebit, quam rationem adducit Menoch. de arbit. Cas. 586. numero vigesimo secundo quam recollegit a Decian. eius compatre libro octauo, capitulo trigesimo secundo, numero tertio, & numero quarto, vbi dicit excu-

excusari, à pœna criminali, sed teneri ciuili-
ter pœna scilicet pecuniaria, & non peculatus,
allegans Cepol. consil. 29. quod est consil. 39.
num. 35. loquitur de pecunia vrbis Romæ, &
ob cautionem præstitam quando pecunia manet
risico, & periculo officialis, vbi in fortioribus
terminis loquitur quando pecunia est subrepta,
non autem bona fide commodata, vel mutua-
ta, vt in casu nostro: ad quod facit Menoch. d.
Cas. 586. num. 18. & seq. Centu. 6. vbi omni-
no vi. Nam ibi tradit quinque casus diuersos; pri-
mus de surripiente pecuniam sacram. Secundus
de surripiente pecuniam publicam. Tertius de
exactore, qui exactam pecuniam Fiscalem non-
dum in arca Principis repositam mutuat. Quar-
tus de Thesaurario, qui sine licetia mutuat. Quin-
tus de illo, qui non est officialis, & publicam
pecuniam surripit, & ijs omnibus casibus dicit
excusandum a pœna peculatus esse: primo, quan-
do qui dat, vel recipit dolo caret: secundo, quan-
do est permissum scilicet mutuare pecuniam pub-
licam, & ita credo esse intelligendum: tertio,
quando pecunia stat periculo eius, qui mutuauit:
quarto, si quis exigit pecuniam, quæ sibi, & filio
debetur. vi. in hoc propos. in fin. huius 4. par.
quinto in eo qui Reip. causa eandem Romam ac-
cepit pecuniam, & non iuit: sexto, quando qui
cum pecunia publica emit pro publico, & res-
duo vsus est, vide Peregrin. de iur. fisc. lib. 4.

37 tit. 3.

6 † Orta est sæpè contentio inter carceratorem,
custodem & beruarios ac maniuoltum, cuius es-
se debeant vestimenta iustitiati, qui diuidere no-
lunt; de qua re tractant Doctores in l. Diuus, de
bon. damnato. vbi Bartolus concludit, quod ve-
stes debent vendi, & pretium conuerti in perse-
quendo malefactores, vt refert Clar. quæst. 100.
versic. quæro etiam, & Cartar. de execut. sent.
capt. bann. c. fi. num. 462. qui tamen dicit, quod
vestimenta sunt carnificis, seu maniuolti; idem
in regno seruari, & in statu Ecclesiæ recenset Io.
Anto. Niger super constitut. cap. grauamina, nu-
me. 110. sed Catal. de syndic. quæst. 205. dicit,
quod talia vestimenta sunt officialis iudicantis,
qui circa pœnam potest vendere, & pecunias
conuerrere in necessitatem sui officij, & Put-
eod. tract. in verb. expensæ, cap. 3. num. 2. refert
opinionem Bartoli, & cum ea videtur transire,
& satellites adducunt exemplum militum, qui
milites non fuerunt Hebræi, sed gentiles, ex co-
horte Pilati prætoris Romani, qui diuiserunt
vestimenta. Verum omnes concludunt seruandam
esse consuetudinem, sed circumscripcta con-
suetudine dicta vestimenta, quæ fert damnatus,
dum ad supplicium ducitur, siue vilia, siue non,
sunt spiculatoris, sicut pellis lanea; at custos carce-
rum retinet lectulum, & stragulum, & quicquid
boni damnatus in carcere habet, antequam in
confortatorium ducatur, & beruarij, dum illum
in confortatorium ducunt, contineri nequeunt,
quin quicquid carpere possunt, carpant; carnifex
verò residuum recolligit, & non remanet dispu-
tatio inter eos, sed duntaxat inter spiculatorem,
& illos ad quos spectat sepelire iustitiatos.

377 † Circa hanc sepulturam tandem pauca dice-
re, & memorare volo id, quod Cartar. d. c. fin. nu.
426. aduertit, ne in totum isti iustitiati denuden-
tur, ne pudenda videantur, inhumanitatis, ac vi-
tuperij signum; Nam vt recenset Ammianus
Marcellinus lib. 28. histor. fuit viuus exustus car-

nifex, qui supernudo spoliauerat duas mulieres
de adulterio damnatas. Modò cadauera dam-
natorum cum licentia iudicis sepeliri debent in
loco sacro, postquam per sex horas saltem in lo-
co iustitiæ permanserint, c. quæsitum 13. q. 2.
Gomes. de delict. c. 14. num. 8. est tit. de cadauer.
punitorum, vbi l. finalis dicit, quod ea corpora
tantum sepelienda sunt, quæ signum pœnitentiæ
in morte ostenderunt, & ossa, & cineres eorum,
qui combusti fuerunt pariter sepelienda; conce-
dendaque dicta cadauera cognatis petentibus, vt
dicit rex. in l. 1. ff. de cadauer. punito. sed si propter
assassinia, & famosa latrocinia aliqui iustitiati
sunt, eorum cadauera in frustra scinduntur, ap-
pendenda ad loca delictorum, vel quandoque
Medicis traduntur pro anatomia, præsertim vbi
publica Vniuersitatis studia vigent; & tunc ven-
ter, & alia viscera sepeliri debent, si signum pœ-
nitentiæ ostenderunt, per supradicta: † quam-
uis in dubio pium sit credere pœnituisse. Quo ve-
rò ad locum vbi sepeliendi sunt iustitiati statum
consuetudini, & Mantuæ est sepultura in Eccle-
sia propè carceres, in qua diebus festiuis celebra-
tur Missa, & sepeliuntur damnati seu condemna-
ti, sed quandoque mos geritur suis petentibus sep-
eliri in proprijs Ecclesijs Parrochialibus, de iure
autem communi seruatur id, quod dicit l. 1. ff.
de cadauer. punitor. † Postquam capitaliter pun-
iti sepulti sunt, suffragia pro eorum animabus
prestare spectat ad suos affines, & amicos, Iob. 19.
ac iudices pij curare debent, vt in Ecclesia carce-
ratorum, vbi corpora sepulta sunt, diuina officia
pro animabus defunctorum saltem semel in anno
celebrentur, quia sancta est ac salubris cogita-
tio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur,
vt legitur 2. Machab. c. 12. si ergo sancta est cogi-
tatio, quid non erit actio? Nota hic vnum quod
cadauera debitorum ad instantiam creditorum
non debent insepulta remanere, loco pignoris
donec soluarur debitum, l. cum sit iustum, C. de
sepulcr. violat. l. sunt personæ, de Relig. & sumpt.
fu. quoniam actiones personales extinguuntur
morte debitoris, §. Deinceps, in auth. de nupt. Fe-
lyn. in c. sicut Indæi, col. 1. de Iud. pulchre Couar-
ru. var. resol. lib. 3. c. 1. nu. 10. vbi multa in hoc pro-
posito, & Asin. de execut. §. 1. c. 71. nu. 3. Rot. Ro.
in nouiss. Decis. 154. vbi in publicis vsurar. aliter
dicendum, in alijs forte concederetur si credito-
res vellent in domo propriæ habitationis retine-
re cadauer sui debitoris ob approbationem.

Reconuenire debet Iudex in syndicatu falsos,
& calumniosos querelatores, vt protestatum est
A in libello præuentorio, & nedum quoad emen-
dam damni, verum etiam criminaliter; Nam
reconuerti ita in criminalibus, sicut in ciuilibus
fieri permittitur: de cuius materia vide Abb. in
c. 1. col. 9. de mut. pet. vbi Maria. diffusè, & Fe-
lyn. in c. dilecti, nu. 9. de except. & ibi addit. lit. b.
& c. & potest in eadem sententia reconuentus
condemnari, Clar. q. 6. vers. sed quæro nunquid.
Bart. in l. 1. §. is qui reus, vbi gloss. in verb. accusa-
re, ff. de publ. iud. Salyc. in l. compensationes, &
Ias. in l. cum proponas, C. de pac. & omninò Ma-
rant. de ord. iud. qui in quatuor membra resoluit
hanc conclusionem numero 47. cum seq. distin-
ction. 6.

B Ex quibus colligitur, quod accusatus criminali-
ter potest accusatum reaccusare criminaliter, siue
ante, siue postquam nomen rei receptum est inter
reos, dum modò suam, vel suorū iniuriā prosequi-

tur, at Clar. in d. §. fin. q. 14. ver. tertius est casus, aliter distinguit; aut nomen ipsius accusati nondum est receptum inter reos, & tunc potest accusare de maiori crimine, nedum si suam, aut suorum iniuriam prosequitur, sed etiam si alienam prosequitur. De pari autem, seu minori crimine neminem accusate potest, nisi suam, aut suorum iniuriam perlequitur; Bal. in l. 1. post nu. 21. C. qui accus. nō poss. & per totā Italiam seruari testatur Gandinus nu. 40. tit. qui accus. vbi aliter distinguit.

C Aut accusatus opponit accusatori crimen in modum excipien- si, aut in modum accusationis: primo casu lite contestata non potest, sed ante si: in secundo casu si lis non est adhuc contestata, & tūc de maiori crimine potest, si ante sententiam, sed post lite contestatam, aut accusatus suam, vel suorum persequitur iniuriam, aut alienam; primo casu auditur, secundo nullo modo; si vero post sententiam, tunc aut sententia lata fuit absolutoria, & admittitur: si vero condemnatoria, tunc secundum distinctionem, se qua supra admittitur: ad prædicta vide Dec. tract. crim. tit. 1. li. 3. c. 24. vbi latissime. At de eodem crimine accusator a tertia persona indubitanter poterit per sententiam iudicis accusari, dum modo sit delictum publicum, sicut accusatus pendente iudicio poterit ab alio de eodem delicto accusari, Dec. vbi sup. c. 21.

Et quoniam dixi, dolum cum dolo compensari debere, ex hac regula collige quatuor illationes non deuias a materia reconventionis.

D Prima, quod bannitus in persona offendi possit, vel offendens bannitum præmium consequatur, nunquid si bannitus bannitum offendat, erit tutus beneficio statuti? Dic quod non. de primo Bart. in l. cum mulier, ff. solut. matr. sequitur Bal. ibi, col. 4. nu. 4. ver. statuto cauetur, Ias. in l. in arenam, C. de inof. test. & communiter Doctores Cano. in c. dilecti, de excep. & alij quos adducit Af. in sua præct. §. 16. c. 13. & ante, cap. 12. sub num. 1. testatur opinionem Bartoli esse magis com. receptā; Quo vero ad secundum, præmium non consequitur, dixi in 1. par.

E Secundo infertur, quod si statutum dicit, bannitum, siue agendo, siue excipiendo audiendum non esse, si bannitus est actor, et pariter bannitus sit reus ambo sunt repellendi etiam ex officio, Bar. in d. l. cum mulier, ff. solut. matr. cuius opinionem magis communem sequuntur Ang. Aret. Cast. Alexan. & alij quos adducit Af. in d. §. 16. & 14. tam iuris canonici, quam ciuilibis, vt supra adductis in prima illatione.

F Tertio infertur, quod infamis, cui obijcitur crimen contra æque infamem (vt supra de reconventionem) replicare potest, quando inter ipsos criminosos agitur; Bar. in d. l. cum mulier, solut. matr. paria enim delicta mutua compensatione tolluntur, in l. viro, atque vxori, in ff. solut. matr. secus si criminosus contra criminosum testimonium diceret, Bar. in l. in arenam, C. de inof. test. & declarat Alb. trac. de test. in 3. p. c. 7. ver. q. a admittitur in teste, Farin. de opp. contr. test. q. 56. nu. 159. quando testes repelluntur ratione criminis, vel infamiae, nume. 12. & in prop. vide quæ dixi in præct. de test. in 4. part. nu. 84. & 85. & Af. in d. §. 16. c. 16.

G Quarto, infertur in materia gabellarum, & Florentiæ quotidie euenit in materia diuitiarum, & contradictione soluenda a litigantibus in prima scriptura respectiue, vt lex iubet, quæ si soluta nō sint hinc inde, actus sit nullus: Igitur dic, statuto cauetur, quod de quolibet contractu soluat gabella,

alioquin contractus sit nullus, pone quod a neutro horum contrahentium pro sua parte gabella non fuerit soluta, & in iudicio agatur rei vendicatione; si reus excipiat de gabella non soluta, actor repellat idem aduersus reum, an ambo sint repellendi? & dicitur, quod nemo est audiendus, Bart. in d. l. cum mulier, ff. solut. matr. Can. in c. cum dilecti, extra de excep. & Bar. vbi sup. distinguendo ait, aut vnus tractat de lucro, alter de danno, ille qui de lucro, non est audiendus, aut vterque est in eadem conditione, & neuter auditur; quam distinctionem communiter sequuntur Doctores in d. l. cum mulier, licet Dec. in materia emptionis, & venditionis quadam distinguat, in die. cum dilecti, extra de excep. & ipse obtinuit Florentiæ in materia diuitiarum, & contradictione coram Dominis tribus Rotæ, die 17. Maij, 1602. pro Andreola de Lufignano, vt sunt motiua lib. 8. car. 133. & 135. ad laudem Dei.

H Iniuriarum actione potest conueniri accusator qui falsam querelam porrexit, si scilicet nihil probauit, & accusatus probauit accusatorem falsam querelam instituisse: nam si accusator nihil probauit, nec accusator contrarium probauit, tunc procedit regula, de qua in l. qui accusare, C. de eden. & supra in verb. accusatore non probante, reus absolutus, & accusator in expensis, tanquam calumniator, condemnatur, Meno. de arb. cas. 321. & sup. in verb. calumniator, & ita est intelligendus Bosl. de accus. num. 14. & 27. At si accusans non probauit quidquam, & accusatus contrarium probauit, tunc ultra condemnationem expensarum, debet quoque condemnari pœna falsi, de qua materia vide Farinac. de delict. & pœn. q. 16. cum ibi per eum adduct. vbi latissime. Sed ad hoc vt prædicta locum habeant accusatus in eodem iudicio debet eum reconuenire actione iniuriarum, vel post absolutoriam, Alex. consil. 11. num. 4. vo. 1. Soc. consil. 18. num. 12. vo. 1. Menoch. de arb. iud. cas. 321. num. 43. Bosl. d. tit. de accusat. nu. 19. ad fi. sed quod accusator non possit pœna falsi condemnari sentit Bar. ad Cl. d. q. 62. ver. sed qui si, nu. 32. vbi allegat Bal. in l. quicumque, in ff. C. de ier. sig. & Ang. in verb. & ad querelam, & Bosl. d. tit. de accus. nu. 17. & ideo remedium erit agere actione iniuriarum. Tandem nota, quod iudex laicus ratione reconventionis habet iurisdictionem in ecclesiasticos, vt dixi sup. nu. 272.

De extensione, & restrictione.

380† Q uoniam iudices hodie & potestates terrarum nullam habent aliam iurisdictionem, nisi quatenus a statutis eis tributa est, vt inquit Socin. consil. 275. in causa fratrum, col. antepen. ver. nam potestates ciuitatum, vo. 1. quorum obseruatiam iurare in principio officij solent. Auchen. vt iud. sine quo. suffr. ad fi. & in auct. de defen. §. interrim, & per alia iura quæ adducit Put. de syndic. in verb. iuramentum, c. 1. & cum tota vis consistat in ampliatione, & limitatione legis, & statutorum, l. non solum, §. qui primipilum, de excu. tuto. ideo de extensione hic differere putauit, vt iudices notam perijurij ob inobseruantiam statutorum non incurrant. At quid sit extensio, quid restrictio breuiter, & resolutiue more practico ex infra scriptis clare apparebit; & dicemus statuta, quam restrictionem, & extensionem recipiant, ac quando necesse

cessu sic scire propter penas imponendas, augendas vel diminuendas; sed primo de extensione dicamus: **381** ¶ Statutorum poenarum materia extensionis est vaga, sed difficilis; ampla, sed inextricabilis; & periculosa, quæ potius in actu pratico declaratur à facto secuto, & à casu deciso, quam à prolixo **382** examine interpretum legistarum; ¶ nimirum si omnium altorum interpretationum melior ac tutior sit illa interpretatio statutorum, quæ à practica & obseruantia recipitur, Cauale. decis. 6. nu. 17. par. 1. simili modo de extensione dicimus, **383** ¶ quia interpretatio & extensio à pari procedunt, ut sentiunt Doctores in homines populi. ff. de iustit. & iur. & legalis dialecticus Euerar. in sua cent. in loc. 34. à ratio leg. larg. ampl. et general. ad extensio. ipsius leg. circ. princ. De hac tamen materia practici parum admodum tractauerunt vel nihil dixerunt, ut est videre apud magnum practicum Criminalistarum Mart. in §. aggredior, in sua pract. Foller. Blanco. & alios, & apud Nouos, Boss. Clar. Iodoc. Bonacoss. & similes, qui Bocoss. **385** super statu. in verb. extensio, tandem dicit, ¶ quod adhuc lis est sub Iudice an in poenalibus fiat extensio. & Claud. ad Bertaz. in conf. 164. 2. vo. lit. e. in fi. ait, tē hęc extētionis amplā esse, & multis tenebris inuolutā, abūt (ait ille) ut velim hos tractatus extētionis in hunc librum obuehere: & Ioan. Bapt. a Sancto Seuer. in repet. d. l. omnes populi, dixit, periculosum esse in materia extētionis aliquid firmare, & ipse (ut ingenue fatear) hanc materiam dico esse magis difficilem, quam est materia substitutionum; & quod quis posset facillime in terminis errare, aut terminos confundere, vel saltem in longo discursu sibi contrariari, et quamuis sit tam vaga materia practicable, & quotidiana, nihilominus D. Decian. in suis tract. de delict. & D. Farinac. tam famosi Criminaliste sic pede pertransierunt, cum sint viri practici hac nostra tempestate nemini secundi, & miror quod de hac re nos alios minimè docuerint **386** ¶ Verum ad antiquos conuertendo, non melat Salyc. in l. 2. C. de noxal. act. eleganter de extensione & restrictione scripsisse, Crauet. de antiq. temp. luculenter dixisse in 4. par. sect. 2. nume. 146. & Tiraquell. in tract. caus. ceslan. nume. 150. & seq. Salyc. seentum fuisse, sed ex professo tractatum composuisse Cæpollam de extensione, qui multos utulos fecit distinctè, & Marthes. aq. de interpretat. extens. non medioeriter scriptum feli-quisse, & latissime Arer. Inst. de iur. nat. gent. & ciui. §. ius autem, il. 1. column. 10. versic. quarto casu principali, vbi eleganter & distinctè loquutus est in materia extensionis & restrictionis, qui col. 13. **387** ¶ cir. medium ait, quod hęc materia est multum intricata, & non bene demonstrabilis: multos alios adducere possem, quod esset magis laboriosū, quam subtile, sat est indicasse illos, quos sequi conabor. Extensio autem secundum Euerar. in sua cent. loc. a rat. leg. ampla, ad extensionem, ver. ter. distinctio est per eandem rationem vel argumenta à simili, vel à verisimili includere in statuto, quod non est ibi expressum. **388** Quoniam ¶ verbum extensio denotat motū (vt ita loquar) de loco ad locum, & omnis motus labore inducit taliter, ut sit causa caloris & sudoris iuxta Arist. problem. 2. sect. 35. & 42. ideo labor erit communiter impartitus inter me & lectorem. ¶ Et quia non possunt omnes casus sigillatim in lege vel statuto comprehendī, l. non pos-

sunt, cum l. seq. ff. de leg. & plura sunt negotia, quæ vocabula, leg. natura, ff. de præfer. verb. Hinc est quod introducta fuit extensio, ut inquit Cæpoll. eo. tract. tit. quæ fuit cau. introducen. extensionis, **390** circ. princ. ¶ & ait, extensionem primo fundari super æquitate, secundo super ratione, tertio super verisimili mente disponentis; & in ijs tribus præsertim versari concurrentibus semper ijs duabus finalibus causis nempe favore Reipub. & vtilitate animæ. Extensionis igitur inuento fundamento super **391** edificandū est ¶ cum lapidibus argumentorum, & verba legum aut statutorum, quæ deseruiunt intentioni, tanquam calcem extendemus de casu expresso ad non expressum. & Euerar. tanquam magnus argumentorum opifex, in sua cent. per tot. no bis lapides & loca subministrabit, vbi in loc. cit. à ratione leg. ampla. ponit casus quatuordecim quibus fit extensio, sed hi præcipui sunt; primus pro salute animæ; secundus vbi tollitur, aut mitigatur poena; tertius vbi subest eadem æquitatis ratio; quartus vbi qualitas personæ id patitur vel mereatur, glos. ord. in c. seiant cuncti, in fin. de elect. & quintus si statutum seu dispositio elusoria & frustratoria redderetur sine extensione, de quibus omnibus late infra per discursum, & in l. si Prætor, §. ff. de iudic. & §. 1. in auth. de æqual. dot. & ex quibus causis fit extensio, per easdem rationes & causas fieri debet restrictio, glos. ord. in clem. si de refer. leg. si verò, §. de viro, vbi latissime Imol. ff. solut. matr. late Euerar. in loc. ab absurdo, lit. A. fol. 54. & in loc. 35. fol. 12. lit. C. & F. quia contrarium eadem est disciplina, glos. & DD. in Rub. de acquir. possess. Ipse verò in hoc nostro tract. in quampluribus locis de extensione in actu pratico tetigi, præcipue in 3. & in hac 4. par. in materia poenarum, tamen adhuc non contentus his quasdam considerationes otij fugiendi causa, breuiter & absque disputatione, sed resolutiue, ut prædixi, inferere volui ex allegatis authoribus & autoritatibus collectas, saltem pro tytonibus. Omisissis igitur extensionibus, quæ fieri possunt in contractibus, vltimis voluntatibus, & privilegijs, quia ad rem nostram non faciunt, & de refer. pris quedam tetigi supra & infra per discursum, & amplectendo materia **392** iam nostram criminalem; ¶ dico quod statutorum extensio est duplex, actiua scilicet, & passiuæ; actiua non recipit, sed alteri influit; passiuæ vero non influit, sed ab alio recipit informari, ut ait Bald. in d. l. omnes populi, col. 14. de iust. et iur. vers. itē quæro quod illud ius ubi dicit q. ius cōmune nō influit in ipso statuto, sed ipsi rei statuta seu **393** disposita; ¶ Et actiua extensio dicitur quādo dispositio in casu expresso extēditur ad casus non expressos diuersos, sed nō contrarios, Bar. in d. l. omnes populi, Cæpoll. d. tract. quæ sit extensio, nu. 2. per tex. l. vbi repugnātia, de reg. iur. vbi Dec. nu. 2. **394** & 3. & datur exemplum. ¶ Statutum mandans occisorem puniri extenditur ad mandantem, nu. 138. cum mult. seq. p. 3. quamuis de mandante nil dicatur, quia est par ratio agentium, & mandantium, num. 165. p. 5. maxime quando per ius commune de casu non expresso nihil dispositum est, leg. de quibus, de leg. & ista appellatur actiua extensio. **395** ¶ Statutorum autem passiuæ extensio est, si leges ad statuta se extendunt, tunc dicimus statuta recipere extensionem seu interpretationem passiuam à lege; nam statuta eandem dispositionem le-

- gum loquentium de materia statutorum, & omnia iura & regulæ ipsarum legum extenduntur ad statuta, tam in substantia, quam in qualitatibus, & eorum additionibus, Euerar. d. loc. à rar. leg. larg. & c. gol. 1. 3. lit. D. sicut etiam in accessorijs,
- 396 iuxta Crauet. de antiqui. temp. 4. par. nu. 36. † & si ius antiquum ponit vnam regulam, ista regula extenditur etiam ad ius nouum correctorium veteris, l. 1. vbi Bartol. ad leg. Falcid. & idem si vna lex recipit interpretationem ab altera, vel vnum statutum declarat aliud, vt in l. non dubium, vbi Dd. C. de legib. tunc passiuam dicitur esse interpretatio & declaratio, Ang. Aret. in d. §. ius autem, col. 10. d. ver. quarto casu. Euerard. fol. 13. lit. c. ver. quinto,
- 397 Sed hæc extensio † non procedit, quando lex aut statutum esset correctum, glo. in c. de multa, in fin. glo. magnæ, de præben. & infra latius dicâ, multò minus procederet si lex per non vsum sublata esset, et si derogatum esset iuri antiquo per ius nouum, cum clausulis, non obstantibus. At propius materiæ nostræ criminali accedendo, quædam exēpla tradâ in proposito extētionis passiuæ, licet aliquam possent pati difficultatem penes eos, qui
- 398 subtili sunt ingenio; † quoniam (vt dici solet) exempla duntaxat declarant, sed non semper decidunt.
- 399 † Primum exemplum; statuto veteri cauetur, vt mandans, & mandatarius eadem pœna puniatur, at in statuto nouo simpliciter dicitur, vt delinquens puniatur pro tali delicto, tali pœna; certè hoc nouum recipit interpretationem & extensio nem passiuam à veteri, scilicet vt eadem pœna puniatur mandans, sic videtur tenere Salyc. in d. leg. 2. num. 29. in fin. Cod. de noxal. act. vel dic vt sequitur.
- Secundum exemplum, sunt duo statuta vetera, quorum vnum punit mandantem in pœna centum, aliud punit mandatarium minori pœna, puta in quinquaginta, vel è contra; Statutum autem nouum dicit, quòd mandans & mandatarius pro eodem delicto equè puniatur, tunc istud recipit interpretationem respectiue ab illis duobus antiquis, vt quilibet suam pœnam pati debeat iuxta formam dictorum statutorum: Secus si statutum nouum diceret, quòd mandans & mandatarius æquali pœna puniantur, quia corrigeret differentiam, quam faciunt antiqua.
- 400 † Sed hic insurgit noua dubitatio, si in nouo statuto corrigente illa duo vetera, non sit pœna certa adiecta, an attendatur minor pœna de dictis statutis veteribus? & dico quòd si delictum est aggrauatum à qualitate atroci, maior pœna est attendenda, minor, verò si non aggrauetur, secundum ea, quæ supra dixi num. 2. 10. p. 3. & num. 36. hac 4. par. & alibi.
- 401 † Nam in atrocissimis delictis fit interpretatio in deteriorem partem; Abb. in cat. si clerici, in vltimis verbis principij, de iudic.
- Tertium exemplum est, si statutum vetus dicit, quòd vulnerans debeat condemnari in pœna decem librarum pro quolibet vulnere, & per statutum nouum imponatur eadem pœna vulnerati, certè dicta pœna debet multiplicari pro numero vulnerum iuxta statutum vetus per supraddicta; & hic attende † quòd si per statutum vetus fuit obseruatum, vt plura vulnera vnico ictu illata, puta cum bidente aut tridente simul pro vno vulnere computentur, vtique statutum nouum hanc eandem interpretationem recipit, dixi supra nume. 150. part. 4. Clar. §. fin. quæstion. 84. versicul. scias, & versicul. hæc autem omnia.
- Quartum adduco exemplum; Statutum vetus prohibet delationem armorum, & excipit quosdam casus, de quibus dixi num. 326. & 227. p. 1.
- 403 Guid. Pap. q. 477. in constit. Regn. † vbi ponit viginti casus, quibus licet arma deferre, aut statutum excipit quædam arma, statutum verò nouum maiorem pœnam imponens statuti veteris prohibet simpliciter arma portare absque aliqua reservatione, hoc nouum recipit interpretationem passiuam à veteri, & extenditur ad casus exceptuatos, vt supra.
- 404 † Quintum addo exemplum; extat Mantuæ statutum rubr. de homicid. & tres ponit differentias, nempe homicidij dolosi, culposi & fortuiti, & pariter pœnam vniciuque indicit, iuxta eorum qualitatem. Pone modo, quòd statutum nouum, seu proclama Principis, iubeat homicidam capite puniri, & sua bona confiscari, certè hæc noua dispositio recipit passiuam † extensio nē à statuto veteri, videlicet si homicidium dolosè factum sit, secus si culpa vel ad necessariam defensionem sequitū sit, aut fortuito casu, per Clar. in §. homicidij, vbi plures casus ponit. Idem esset dicendū si vetus statutū magis puniret delictum patratū appēsatē, seu dedita opera, & sanguine refrigescente, Clar.
- 406 §. fi. q. 82. † Si verò statutum vteretur huiusmodi verbis, puta quicumque occiderit quo vis modo, vel causa, siue qualitercunque decapitetur, tunc non recipit passiuam extensionem, nec attendi distinctio, de qua supra in statuto veteri, Salyc. in
- 407 d. l. 2. num. 9. & 10. C. de nox. act. † Et statutum nouum quando recipit declarationem à veteri, dicitur extensio reciproca, & idem quando vetus corrigitur per nouum, vel nouum extenditur per vetus; est verum quòd illa extensio, quæ fit de termino † quo ad terminum ad quem dicitur directæ, sed illa quæ fit à termino ad quem ad terminum à quo potest appellari obliqua, secundum nostros legales terminos, & modum dicēdi, arg. eorum, quæ trad. Dd. in l. Centurio ff. de vulg. &
- 409 pup. † sic de fluxu maris ad fluxum eundo, & redeundo ad terminos, qui præterijt hoc anno 1601. Venetijs: vti nam desistant à malo ne summantur, ne fiant peiora prioribus, quod Deus aduertat pro exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholice Rom. & de ijs duobus extremis loquitur magistraliter Cæpol. tit. 1. de extens. per tot.
- 410 † Rursus quoad actiuam extensionem etiam dicere possumus fieri de minori ad maius ex tribus regulis principaliter eo loci traditis ab Euerardo. † Prima est, cui licet quod est plus, multò magis quod est minus. c. cui licet, de reg. iur. in 6. cum sim. vbi Dyn. exemplificat quod si licet occidere adulterum, multò magis licebit illum vulnerare, & sic locum habet in statutis permissiuis, est tex. in tex. in l. nec in ea, §. ius occidendi, cum ibi not. per Bart. ff. ad leg. Iul. de adult.
- Item habet etiam locum in statutis prohibitiuis, puta in delictis, & eorum pœnis; nam si statutum punit delictum attentatum, quantò magis consummatum, tex. est in l. si quis non dicam, cū glos. C. de Episc. & Cler. vbi Bald. not. 2. sed limitationes videri possunt apud eundem Euerard. d.
- 412 loc. a minori 65. † Secunda regula est, si de quo minus videtur inesse, & in est, ergo de quo magis, ca. cum in cunctis, cum glos. de elect. † Tertia regula est, propter quod unum quodque tale, & illud magis, de quibus per Dd. in auth. multò magis,

magis, C. de sacrosan. Eccles. vbi Bald. & Ca-
strenf. Vnde si delinquens fugiens ad Ecclesiam
sacratam est tutus, quanto magis si fugiat ad Sa-
cerdotem, quando fert sacratissimum Corpus D.
nostri Iesu Christi, puta ad infirmum, lo. And. in
c. sanè. de celebr. Missar.

414 † Statuta pariter recipiunt extensionem à si-
mili, l. illud ad leg. Aquil. Dd. in l. de quibus, ff. de
leg. & habet locum extensio, si statutum non est
contra ius commune, Gand. de malef. in rubr. de
rebus non expor. nume. 5. Item si duo à lege vel
Canone æquiparantur, quoad omnia (non pro
parte tantum) circa materiam, de qua agitur, tunc
statuta, & disposita in vno extenduntur ad alte-
rum, etiam in exorbitantibus à iure communi.
gloss. ord. in cap. si postquam, in fin. de elect. in 6.
Item in pœnalibus, Bald. in d. l. si quis non dicam
C. de Episc. & Cler. Aret. d. §. ius autem, colu. 11.

415 versic. tertio fallit. Instir. de iur. nat. gent. † Sta-
tuto cauetur vt percussus in gula puniatur graui
pœna; idem locum habebit si in pulsu, aut in ma-
milla sinistra, & hoc argumentum appellatur de
loco ad locum personaliter: exemplū verò de lo-
co ad locum realiter est delinquere in domo, vel
416 in porticu domus, † & facit ad statutum de rap-
tu puella; Bald. in d. l. si quis non dicam. Nam
417 statutū loquens de † domo extenditur ad portu-
cum, vt est communis opinio, Alber. in 2. stat. q.
108. Bald. in l. i. C. qui testam. fac. poss. & facit ad
statutum, quod si quis percussit aliquem in pla-
tea, grauius puniatur; idem intelligendum est si
percussit in palatio, puta Pratoris, Alber. in 2.
p. stat. q. 208. Aug. ad Ang. in ver. fecit insultum.

418 † Item statuta extenduntur de persona ad perso-
nam permissiue, & prohibitiue, vt si statutū per-
mittat banditos offendi, & promittat præmium,
magis illud capienti dādum est. Sic iniuria facta
Prioribus grauis est, & est ac si facta esset Prato-
ri, Alberic. d. q. 108. & facta coram eis est facta ac
si coram Pratore facta esset, quando Priores ha-
bent iurisdictionē, vt in patria Fiuizani, & iniu-
ria facta vni de collegio intelligitur toto collegio
facta. Mars. cons. 115. num. 14. per tex. l. cōstet. ff.
419 de quæstio. dixi sup. nu. 212. † Pariter statutum
prohibens delationem armorum comprehendit
etiam mulieres, vt est statutum prohibens de No-
cte ire sine lumine. Hinc declaratur statutū Man-
ruæ, quòd plures non possint ire sine lumine post
sonum campanæ, nisi quatuor ad plus simul cum
vno lumine, quia si quatuor nomines habeant se-
cum mulierem, videntur contrauenisse; conse-
runt dicta per Dec. in l. fœminæ, nu. 87. & 88. de
420 reg. iur. † Idem si cum armis mulier vim infer-
rat, quia ligatur statuto; vt trad. Dd. in l. si constan-
te. ff. sol. matr. Verum ad hoc propositum esset tra-
ctandum an, & quando masculinum concipiat
fœmininum; tamen paulò inferius de hac re tra-
ctabimus. Sequendo igitur materiam extensio-
nis de persona ad personā, dico quod regulariter.

421 † Statutum de Monachis habet locū in Mo-
nialibus, Dec. d. l. fœminæ, num. 87. intellige si di-
spositio congruit utrique sexui, & militat eadem
422 ratio in vtroque. † Statutum etiam puniens mi-
lites portantes arma certo tempore, multo magis
extenditur ad non milites, ad quoduis genus ar-
morum, etiam sab lata significatione, l. armorū,
ff. de verb. signif. Alberic. de statu. p. 2. & compre-
hendit etiam rusticos, minores & mulieres.
Et si statutū punit mulieres, multo magis ma-
sculos, minores, rusticos & ignaros, quia si vnus

æquiparatorum comprehensus est in regula ab-
sque taxatiua, omnes æque comprehenduntur,
quia expressum est loco demonstrationis, Dec. in
l. i. cir. fin. de reg. iur. cum ibi per eum adduct.
Salyc. in l. de crimine, Cod. qui accus. non poss.
423 † Nam regula quòd inclusio vnus sit exclusio
alterius, de qua in l. an ita Prator, de iud. l. ait Pre-
tor, §. sed quod, de minor. non habet locum si in-
clusum est demonstrationis, seu exempli gratia, l.
damni, la 2. in fin. ff. de damn. infect. Bal. in d. l. si
quis non dicam, C. de Episc. & Cler. facit l. quæ
dubitationis, de reg. iur.

424 † Extensio quoque fit à minoribus ad furio-
sos, vel mente captos: à seruo ad Monachum; à li-
berto ad vasallum, Euerar. in cent. à filio ad gene-
rum, Aret. d. §. ius autem, col. 13. de persona priti
legiata ad priuilegium: à fisco ad Ecclesiam: à mi-
lite ad Ecclesiam: à pupillo ad rem publicam: à
minoribus ab Ecclesiam, vel ad piam causam, vel
ad pia loca.

425 † Item statuta extenduntur de persona ad tē-
pus, Bald. in l. cōuentulam, C. de Episc. & Cler.
alios & alia iura adducit Euerar. centu. loc. 37.

426 † Item de persona ad res, & e contra, Euerar.
loc. 38. exemplum, si statutum mandat, vt fiat cō-
promissum de omnibus rebus in duas aut tres
personas, certum est quòd laudū ab vno solo pro-
ferri non potest; arg. l. fin. ff. pro donat. Similiter
omnes simul non possunt proferre laudum super
vna re tantum, sed super omnibus, l. si per plures,
427 ff. de lib. & posthu. & hic † nota, quòd statutum
arctans litigantes ad compromissum dicitur o-
diolum, Blanc. de compromiss. q. 1. nume. 4. ergo
non extendendum.

428 † Item fit extensio de re ad tempus, Euerar.
loc. 39. Dd. in l. miles, ff. de testam. sed fir ibi ma-
gis restrictio, quam extensio; nā colligitur quòd
si non fit remissio mercedis pro parte propter ste-
rilitatem, nec fieri debet propter bellum, vt dicit
Ias. in l. i. C. de iur. emphyt.

429 † Item argumentatur etiam de tempore ad lo-
cum; nam si quid prohibetur fieri tempore feriat-
to in honorem Dei, pariter intelligitur prohibitiū
in domibus & adibus sacris, Bart. in l. actus, C. de
430 fer. † simili modo de iure communi, sicut sup. pe-
ctus vere de fuga potest capi etiam tempore pro-
hibito, vtique etiam capi poterit in locis prohi-
bitis, Dd. in l. plerique, ff. de in ius voc. vide in 2.
par. huius tract. per tot. et pariter dicimus sicuti in
spectus de fuga potest capi in locis prohibitis, ita
etiam à persona incompetenti, arguendo de loco
ad personam, Caccialup. tract. de debitore suspe-
cto de fuga, q. 4. num. 1. 2. & 3. vbi hoc casu ait, nō
posse agi de incompetencia, vide ad hoc quæ
supra dixi nu. 324. ver. hic tamen casum.

431 † Item argumentatur de persona ad locum,
Euerar. loc. 41. & est material. r. §. Oflus, ff. ne
quis eum qui in ius voc. est; nam sicuti punitur e-
ximens captum è manibus familie, ita & quidē
multo magis puniendus erit si eximatur è carceri-
bus, vt dixi in 2. par. si eximatur eo quòd captus
fuit indebitē, vel in loco in quo capi non potuit,
eximens pœnam non incurrit, vt latissime in
dict. 2. par. per totum. Ast caueant eximenes,
quia pro consuetudine impunes quouis modo
non euadent, Plac. e pit delict. c. 38. nu. 6. cum seq.

432 † Argumentatur quoque de tempore ad teni-
pus, & à tempore præterito ad futurum, tex. est in
c. semel malus, vbi Dyn. de reg. iur. in 6. unde qui
vno tempore fuit malus, in futurum malus præ-
sumitur,

sumitur, præsertim in eodem genere mali, Marf. in præct. §. diligenter, nume. 113. dixi in præct. de test. num. 101. par. 1. & ibi nume. 102. fallentiam com. ap. rob. deduxi. Idem dicitur de periuro, qui in vno periurus super omnibus est periurus, d. præct. de test. num. 68. par. 3. Idem de contumace & calumniatore, de quibus dixi in hoc tract. par. 5. nume. 276. 277. & 279. & de hoc arg. Euerar. loc. 42. quodque non procedat in correctorijs & pœnalibus; Bertazol. consil. 345. vo. 2. consil. 63. num. 22. vo. 1. Sed Aret. in d. §. ius autem, col. 16. versi. quæro an statutum, Inst. de iur. nat. sequens Bart. in d. l. omnes populi, distinguit, aut statutum continet delictorum indulgentiam, vt supra in ver. abolitiones, vel vt bannitus rebanniatur soluendo decem, tunc præfens non extenditur ad futurum. Si verò statutum continet quod debitor capi possit, etiam præfens ad futurum extēditur, & debitor statim capi potest.

- 433 † Alio modo argumentatur de præterito ad præteritum; nam si quis minatus sit velle occidere aliquem, & ita occisus reperitur, sed ignoratur à quo, tunc præsumptio est contra minantem; vt dixi in 3. p. nume. 126. & vide omnino Sfor. Od. de restit. in integr. q. 7. nume. 102. cum plur. seq. facit Spec. de præsumpt. versi. sed pone, pulchrè Gand. de malef. rubr. de aliqui. quæstio. nu. 14.
- 434 † Tertio modo argumentatur de præterito ad tempus præfens, habile & verisimile, & circa hoc Euerar. d. loc. 42. tradit decem prædicamenta, scilicet, Substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, vbi, quando, actionem, passionem, situm & habitum.

1. De prædicamento substantiæ datur exemplum, vt quod olim fuit, hodie præsumatur esse, de quo supra dixi. 2. De prædicamento quantitatis, quantum olim fuit, tantum nunc esse præsumatur. 3. De prædic. qualitatis, nam qualis quisq; fuit, talis esse hodie creditur, nisi conuertatur. 4. De prædic. relationis, si filius, ergo habuit patrem, si pater, ergo filios habet, & si filius, ergo hæres. 5. De prædic. vbi, quod vbi quis erat solitus stare, & nunc adesse præsumitur. 6. De prædic. quando, dici potest quando eram pauper, humilis eram, & quia adhuc pauper sum, vtiq; humilis esse præsumor. 7. De prædic. actio, dicitur qui iam erat biliosus, hodie non caret iracundia, & qui citò omnia agebat, similiter hodie citò agere creditur. 8. De prædic. passio, qui olim erat amicus vel inimicus, & nunc talis præsumitur. 9. De prædic. situs, si iam paludes terminate fuere, & nunc adesse terminos credendum est, & qui contrarium dicit probare debet. 10. De vltimo prædic. habitus, qui olim habuit possessionē, pariter hodie in possessione stare creditur.

Et ad prædicta vide eundem Euerar. ibidem, qui plures distinctiones & declarationes tradit, vbi tandem dicit, quod in omnibus supradictis decem prædicamentis potest contrarium probari, sed in hac materia præsumptionum recurrendum est ad Alciatum & Menoch. in suis tract. de præsumpt. lib. 1. q. 14. & ipse dicam in 6. par.

- 435 † Statuta tandem extenduntur de casu ad casum, vt si statutum punit temere ingredientem in alienam possessionem, pariter locum habebit si quis ingrediatur etiam cum decreto iudicis inualido; de quo vide Bar. in l. iuste possidet, num. 4. ff. de acq. poss. vbi testatur de communi.
- 436 † Aliud exemplum, si statutum punit portantem arma post secundam horam noctis, vtiq; lo-

cum habebit in nocte sextæ feriæ, qua Christi D. N. passio recolitur, vt in die Veneris sancti, quæuis campana non pulset: ita de consuetudine contra Alber. in 2. par. statu. q. 7. interpretatus est Clarus in §. fin. q. 82. ver. statutum. & vide Euerar. in loc. 63. ab vtitato. fol. 201. lit. A.

- 437 † Extensio autem de casu vero ad casum fictum regulariter non fit, Cæpol. eod. tract. & Dd. in l. si quis pro emptore, vbi Maphe. nume. 69. ff. de vtiacap. & nume. 120. † vbi tenet extensionē passiuam locum habere quando fictioni locus est, facit tex. in l. semper qui non prohibet, vt dixi in hac 4. par. nume. 186. Nauar. in c. non inferenda 23. q. 3. & in Manual. c. 24. & etiam † de illo, cuius contemplatione delictum factum est, & ratum habuit, vt dixi in materia supra dicta, idem nunc de illo, qui laudauit amicum de delicto, qui sine consilio laudantis facturus non erat illud delictum; Ad hæc vide Gand. de malef. in rubr. de aliquib. quæst. num. 7. & in terminis Ang. consil. 22. quamuis Ang. de Aret. in §. duplum, Instit. de act. col. 3. versi. ex ijs, dicat quod illa distinctio an alias esset facturus, non habet locum in ijs, quæ sonant in vitium, per l. 1. §. qui incidit, ad Turpil. vbi Bartolus.
- 440 † Ex hoc inferitur quod ille, qui exhibet scripturam iniuriosam in iudicio, non excusatur sub prætextu ignorantia, vel credentia; nam tenebatur prius certiorari, l. Iulianus. in princ. & §. quid tamen, ff. de act. empt. pulchrè Bertaz. consil. 390. nume. 15. vo. 2.

Tandem fit extensio de casu ad casum, vt per Euerar. in d. cent. vbi quamplura, vt infra enumerantur arg. De feudo ad emphyteosin, & è contra: De commodato ad precarium: de legatis ad fideicommissa: De Falcidia ad Trebell. De vltimis volunt. ad iudicia, & è contra: De contractibus ad vltimas voluntates, & è cõtra: A dispositio ne vltimarum volunt. ad rescript. motu proprio: De contractibus ad quasi contractus: De contractu ad distractum: De contractu ad delicta: De libertate ad ipsam causam: De alimentis ad ipsam causam, & è contra: De dote ad piam causam: De alimentis ad dotem, & è contra: A sententia ad testamentum: A sententia ad libellum: A tributo ad decimas: A toto ad partem: A pacto ad legem, statutum vel consuetudinem: A matrimonio carnali ad spirituale.

- 441 † Item statutum à contrario sensu recipit extensionem, quamuis casus, qui à contrario sensu venit, non sit ab alio statuto vel à iure communi decisus, vt concludit Bart. in d. l. omnes populi, & latè de hoc arg. Euerar. loc. 26.
- 442 † Extensio tamen tam actiua, quàm passiuæ, non habet locum in limitatis, videlicet in iurisdictione, in mandato procura & huiusmodi, l. diligenter, C. de procur. Sebast. Maphe. in d. repet. l. si is qui pro emptore, nu. 54. & nume. 89. ff. de vtiacap. Similiter non habet locum in dispositionibus, quæ sapiunt impietatem, secus in ijs, in quibus iura correctoria possunt extendi, Aret. d. §. ius autem, col. 11. versi. secundo casu, dicit, quod etiam quando iura in correctorijs extendi nõ possunt, tunc à maiori parte rationis in limitatis non pœnalibus fit extensio, at quando limitatio est fauorabilis vel pia, tunc fit extensio nisi redundaret contra alium casum æquè fauorabilem & pium, §. sed hoc de præfenti. in auth. de san. Episc. Sed vt clarior reddatur materia ista extensionis, quasdam regulas hic subnectemus, ex quibus ad cognitionem

gnitionem practicae facilius peruenire possimus.
 443 † Prima regula est, quod verba statuti sunt attendenda, quando illa deseruiunt intentioni & dispositioni statuentium, l. non aliter, de leg. 3. & 22. q. 5. humanae, tex. in l. intelligentia, de verb. si gnif. tex. & Dd. in l. conuenticulum, C. de Episc. & Cler. & in l. in conditionibus primum, iuncta l. pater Seuerinam, ff. de cond. & demonstr. Bart. Bald. & alij in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. Felyn. magistraliter, & alij Cano. in princ. compil. Gregor. Cæpol. in propos. d. tract. de extens. tit. 2. nu. 18. cum seq. & hoc siue mens sit expressa, siue non; quinimo etiam in dubio est inherendum verbis & regulæ, l. 3. C. de lib. præter. Dd. in l. maximum vitium, C. de test. declara. in casu vero, & non ficto, Cæpol. conf. 14. nu. 34. & hanc regulam ponit Socinus reg. 536. & 806. vbi dat limitationem, ad quam breuitatis gratia te remitto.
 444 † Sed hoc vnum est, quod quotiescunque verba non conueniunt menti disponentis, vel attendentium proprietate absurdum nasceretur, vel iuxta corticem verborum elusoria, aut frustratoria dispositio redderetur, tunc receditur ad proprietatem verborum, imo (vt dispositio valeat) impropriantur verba, l. Scæuola, ad Trebell. l. Titia, §. Lucius, 445 de leg. secundo, cū simil. & † nota etiam, quod verba statuti intelligenda sunt secundum communem usum loquendi in patria statuti, l. cum de la nionis, §. asinam, ff. de fun. instruct. Bonacoss. in suis quest. crim. in vers. verbum.
 446 † Secunda regula, est quod masculinum concipit femininum, etiam in materia statutorum, omisso quid in contractibus, vltimis voluntatibus, sententijs, priuilegijs, & curijs; & hæc regula probatur in l. 1. vbi Dd. de verb. sign. Alber. in q. ad statutum, q. 6. nu. 59. Gomez. Reg. Cancell. de infirmis resignantibus, q. 6. pag. 74. Dec. in l. femina, num. 102. cum seq. de reg. iur. Gabr. com. concl. tit. de verb. sign. concl. 6. num. 2. & seq. Soc. reg. 3. 12. & omnes eorum hanc regulam affirmant, quia non est dare differentiam sexus, l. maximum vitium, C. de liber. præter. cum con. cor. sic sentit Gand. de malef. rubr. de aliq. quæstio. var. in malef. nu. 5. & mulieres sunt ligatæ statutis sicut masculi, nisi expresse reperiantur exceptæ, vt inquit Bald. in l. ne passim, C. de iur. & fact. 1. ignor. ita tenet Odof. & Dd. an, quid circa contuetudinem, Roch. in tract. consuet. sect. 9. nu. 32. & facit quia taciti & expressi regula procedit in cotrelatijs, l. cum quid. vbi. Dec. si cer. pet. cū simil.
 449 † Verba autem vniuersalia, quibus masculinum concipit femininum, sunt hæc, si quis, quisquis, quicumque: vel nullus: de quibus per Gand. d. rubr. nu. 5. & per Bart. in leg. 1. ff. de verb. sign. & in l. si quis in tantam, C. vnde vi, & per alia iura adduct. per Gabriel. d. tit. de verb. sign. concl. 6. nu. 46. & 47. cum mult. seq. usque ad fin.
 450 Hæc tamen regula vt locum habeat, † requiritur, vt eadem ratio, & congruentia ac aptitudo militet tam in femina, quam in masculo, tam actiue, quam passiuè (intellige sane) & sic data habilitate, & compatibilitate vtriusque sexus, Bart. in l. 1. in fin. ff. de pecul. Bald. in l. in multis, ff. de stat. hom. & ita declarant supradicti Doctores communem, sed an id procedat in l. magistratibus, vide Gand. d. rubr. de aliq. quæst. nu. 6. vbi concludit, quod non in materia legis municipalis, & ad prædicta Dec. in d. l. femina, num. 112. alleg. plura iura, & præcipue tex. in l. quisquis, C. ad leg. lul. Maieft.

451 † Hinc est, quod statutum contra bannitos non habet locum contra bannitas, Plot. in l. si quando, nu. 862. C. vnde vi, vbi multa in proposito dicit, & tandem declarat supradictam regulam non habere locum in omnibus illis casibus, in quibus feminae reputantur inhabiles suapte natura, Dec. & post eum Cagnol. in d. l. feminae, &
 452 Gand. d. rubr. de aliq. quæst. nu. 5. † ait, quod immunitas concessa a lege, seu a Principe alicui & suo generi, ac posteris suis, non extenditur ad mulieres.
 Modo in pœnalibus & odiosis masculinum concipit femininum, vbi est eadem ratio, & simul concurrunt alia supradicta, Bart. & Dd. in leg. si quis id quod, ff. de iuris. omn. iud. & esse magis communem opinionem testatur Gabr. d. concl. 6. nume. 5. & Dec. in d. leg. feminae, nume. 110. cum ibi per eum adduct. quod declaratur esse verum, si odium non venit principaliter, sed in consequentiam, & fauor publicus est causa finalis, num. 111. & 112. & si odium non est irrationabile; Gabr. d. concl. 6. vbi dicit, quod materia continens odium, potest congruere tam feminae, quam masculo, Dec. d. l. nu. 112. vers. secundo; do, & nu. 113. ponit exemplum, quod † statutum contra fugientem è carcere habet locum in muliere fugitiua, per tex. in l. quicumque, vbi Dd. C. de ser. fug. Gabr. d. concl. 6. num. 26. vers. contrarium, cum ibi per eum adduct. & nu. 34. ait, magis communem opinionem esse, quod in pœnali bus odiosis masculinum concipiat femininum, cõcurrentibus supradictis cõsiderationibus; sed an hoc vtrique procedat in materia correctoria? supradicti Doctores firmant cõmuniter quod sic, per glof. in l. Gallus, vbi repeten. ff. de lib. & posthu. & per Dd. vbi supra num. 114. & Gabr. d. concl. 6. num. 23. de verb. signif. quæ opinio communis est, licet habeat multos aduersarios, quos enumerat Gabriel. d. concl. 6. nu. 23. sumendo tamen correctionem principaliter pro regula, & nõ pro limitatione, & in bonam & laudabilem partem.
 454 † In materia autem exorbitanti masculinum non concipit femininum, quando sub nomine præciso masculinitatis, & non sub nomine communi, vt sunt verba prædicta, quisquis, quicumque, & huiusmodi, vt inquit Dec. d. l. feminae, num. 455 117. & dat tria exempla. † Primum statuto cauetur, quod filij bannitorum de ciuitate expellantur, hoc statutum dicitur exorbitans, cū filij pro patre patiantur exilium, vt infra in propria materia exorbitanti, & ideo statutum non extenditur ad filias, quamuis de proprietate verbi feminae veniant appellatione filiorum. † Secundum exemplum est, quod statutum contra adulterum non habet locum in adultera; Bald. in conf. 6. incip. factum tale est, lib. 5. in fin. Grammat. decis. 457 31. † Tertium exemplum; statutum loquens in bannito non habet locum in bannita, Plot. loco superius citato. Ratio autem finalis est vt prouincia expurgetur malis hominibus, quæ cessat in feminis, Dec. in d. l. feminae, num. 78. vbi in fortioribus loquitur.
 Sed hic attende, quod in materia receptationis bannitorum eandem pœnam incurrit receptans bannitam, quam si receptaret bannitum, quia subest eadem ratio, l. illud, ff. ad leg. Aquil. & dixi 458 num. 39. & 43. in hac 4. par. † Feminae verò receptantes bannitos pœna extraordinaria tenentur, cum non sint expresse comprehensæ in statuto; D. Menoch. de arb. cal. 348.

† Tertia

459 **T**ertia regula principalis est, quod regulariter in prohibitis à iure, vt sunt omnia delicta, tam in omittendo, quam in committendo, statuta ligant forenses; vt nu. 284. par. 3. & est communis opinio, de qua per Bart. & alios in d. l. omnes populi, ff. de iust. & iur. etiam in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fid. Cathol. nu. 21. quàmuis Ias. ibi videatur aduersarius; quinimo etiam forensis ligatur statutis prohibentibus ea, quæ de se nõ sunt delicta, sed sunt actus indifferentes, intellige quãdo tales prohibitiones à communiter accidentibus fieri solent in illa prouincia, vt in Lõbardia, quæ a diuersis dominis dominatur, sic sentit Bart. in d. l. cunctos populos, nu. 21. & esse com. opinio nem testatur Clar. §. fi. q. 85. vers. sed quid si delictum, & alleg. Cor. in conf. 64. in fin. lib. 1. dicentem omnes in hoc concordare; videlicet quod in ijs forenses nõ valeant se excusare prætèxtu ignorantia, quia dicuntur in supina ignorantia, & tandem concludit Clar. vbi supra, multũ tribuendũ esse arbitrio iudicis, & reuera penam arbitrariã effugere non possunt; Nam propter prouinciã cõsuetudinem forensis est saltẽ implicite in culpa, l. 1. §. ad bestias. ff. de pœn. & ita tenet Bald. in d. l. de quibus, ff. de leg. refert & sequitur Petr. Roch. tract. de consuet. num. 73. & 74. & nu. 202. exemplificando in prohibitionem delationis armorum, in sfrosatione annonæ, in fraudantibus gabellas, & huiusmodi; & ad hæc vide quoque Barto. in l. de quibus, ff. de leg. ver. item quarto nunquid liget forenses, Roch. de consuet. sect. 9. nu. 7. & sic non est hic quærendum an contrarium probari possit in ijs, quæ à communiter accidentibus fieri solent, de quo argumento tractat Euerar. in sua cent. loc. 56. cit. fin. qui tamen tenet posse contrarium probari, Roch. sing. 401. incip. quis debet probare, & Claud. ad Bertazol. conf. 122. lit. A, vo. 1. vide infra in verb. scientia in reper.

Hæc tamen locum non habent in forensibus externa nationis, seu diuersi Idiomatis; nec in illis, qui licet eiusdem prouinciæ, & possent nihilominus ignorare dispositionem statuti illius ciuitatis, in illis delictis tantum, quæ sunt, vt ne quis pertranseat cum equo per quandam viam, vel cū plaustris, & bobus; vt Mantuæ per viam, qua iur ad rus pulcherrimum Marmitoli deliciarum, & solatij plenum, piscationum, & diuersarum venationũ, vel ne quis projiciat putrida in plateis publicis; & in alijs quibusdam locis & vijs publicis; ne quis mingat, neue fordida iniiciat, quia pœna mulctabuntur, vt Florentiæ & alibi indicitur pœna contra inobedientes scripta super curijs colore rubro, literis maiusculis, propè viam, vbi est prohibitum talia facere, quã vis vel quia necessitas quandoque cogit, vel quia nitimur in vetitũ semper cupimusque negata, Ouid. 3. Amor. Aut ne quis de nocte vadat per urbem sine lumine, vel ne quis etiam itinerando ferat arma cuiusvis generis, nisi sit miles, aut habeat licentiam à domino, vel quod nemo se intromittat in alienis rixis etiam segregandi causa. Omnia enim supradicta tanquam a iure communi exorbitantia in dubio non ligant forenses, Bald. ita in l. ius ciuile, ff. de iust. & iur. Bart. cõf. 129. Abb. in c. cognoscentes, nu. 9. & 10. de contur. Farinac. de delict. & pœn. q. 24. nu. 165. conferunt dicta Boss. tit. de pœn. num. 18. cum alijs per Farinac. adduct. & in omnem casum competit eis restitutio in integrũ ex generali clausula, si qua mihi iusta causa, Ias. in l. quamdiu, C. qui admit. Sfor. Od. de restit. in in-

tegr. quaestio. 8. art. 12. vbi ampliat, & limitat in proposito nostro; vide ibi per eum.

463 **E**t quod diximus de externis nationibus idiomate diuersis, pro prima vice posset ex æquitate habere locum, præcipue si essent itinerarij, at postquam moram notabilem traxerunt in loco harum publicationum, post primam vicem, qua moniti fuere, in eandem penam incurrunt, sicut dictum est de prouincialibus, Castren. in l. in prouinciali, §. si. ff. de oper. nou. nunciat. D. Menoch. de arb. cal. 86. & 185. & seq. Barba. conf. 56. num. 16. & 17. vo. 2. & Bertazol. conf. 122. 125. & 126. vo. 1. & conf. 439. & seq. vo. 2. Menoch. conf. 74. vo. 1. & quibus in locis habetur quando publicatio proclamationum Principis afficiat forenses; an autem ligetur consuetudini dicam in seq. reg.

In materia forensis Excell. D. Zenobius Bona uentura Patricius & Aduocatus Florentinus, hæc in medium deduxit omnino memoria tenenda.

A Statutum Florentinum, rubr. 33. disponens, quod quælibet persona maior sedecim annorum completorum delictum vel maleficium aliquod committens puniatur, & condemnetur, ac si esset ætatis octodecim annorum, D. Ioannẽ Cordier. ætatis sedecim annorum, & duorum mensium in circa, non videtur afficere.

B Primo, quia tantum concludit maiorem 16. annorum posse puniri & condemnari, ac si esset ætatis 18. annor. Verum in statuto Florentino non legitur, quod maiores 18. annorum, minores 25. pœna mortis possint puniri; igitur tanquam casus omissus remanet in mera dispositione iuris communis, l. commodissime, vbi Doctores, ff. de liber. & posthũ. l. si extraneus, ff. de cond. ob caus. Tiraquel. in tract. primogen. quaest. 40. num. 190. cum vulg. ita in terminis huius statuti, & homicidij, Marc. A. fin. conf. 110. num. 12. & 13. quem refert & sequitur Hond. consil. 99. nu. 52. vol. 1.

C Secundo, si absque veri præiudicio hoc statutũ disponeret maiores sedecim annorum posse pœna capitali puniri; tamen tanquam pœnale, & punitiuens maiori pœna homicidium commissum a minoribus, quam ipsum ius commune disponat, non comprehendit forenses; Ita hanc esse opinionem magis æquam, dixit Ias. in l. cunctos populos, in 2. lect. nu. 70. & iudicando hanc esse meliorem opinionem dixit Cyn. in d. l. cunctos populos, in princ. quaest. vt ipsum refert & sequitur Ias. d. nu. 70. Et in criminalibus, quando Doctorem opinionem variã sunt, debemus sequi illam opinionem, quæ imponit mitiorem pœnam, l. si de interpretatio. l. sanctio legum, ff. de pœn. Ias. in l. cunctos populos, nu. 69. in fin. in 2. lectura, Tiraq. de pœn. caus. 10. Quamobrem cum D. Ioannes de homicidio inquitus, sit forensis, secundum regulam iuris communis, non verò huius statuti debet iudicari.

D Tertio, quia statutum habilitans alias de iure communi inhabilem, non comprehendit forenses; Bart. in l. cunctos populos, nu. 25. & 26. vers. sed circa hoc dubitatur. Alex. conf. 44. nu. 6. vo. 5. post Sal. Bald. Croc. & alios, Gab. de statutis, li. 6. concl. 8. nu. 19. plenissime Rol. conf. 24. num. 17. 18. 19. vsque in finem, vbi refert Bartoli opinionem comunem, quod tota iurisprudentia ipsam sequitur, & quod in iudicando tenenda est, & in puncto minoris ætatis videndus Ias. conf. 59. nu. 4. 6. vol. 3. Et econtra dictum statutum alias de iure communi habilem faciens inhabilem, non comprehendere forenses, post Barto. Castren. Corn.

Corn. Soc. Natt. & alios firmavit Surd. decis. 197. nu. 6. Quando igitur (absq; læsione veritatis supra comprobate) statutum imponens pœnam aliquã, forensẽm comprehendere possit; tamen cum hoc statutum in personam loquatur adolescentem etatis 16. annor. aliã de iure communi inhabilẽ, & illegitimum, faciens ipsum habilem, & legitimũ in obligationibus pœnarum capitaliũ delinquento contrahendis (cum delinquentes tacito consensu obligentur, l. Imperatores. ff. de iur. fisc. Bar. in Lex hoc iure, in vlt. col. ff. de iust. & iur.) non p̄t comprehendere D. Ioanem forensẽ; quia circa personam non subditam aliquid disponere nõ potest. l. i. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & l. etiam, & ibi no. ff. de iur. Bar. in d. l. cunctos populos, n. 26.

E Quartò, quia in casibus, in quibus finalis ratio & mens statuentium nõ militat, nec statuti dispositio potest procedere; sufficit enim mentem seruari, etiam si verba offendantur, Cast. consi. 83. colum. fi. vol. 2. Crauer. consi. 429. nu. 17. Surd. decis. 43. nu. 8. cum vulg. Verum ratio huius statuti, Rubr. 33. lib. 3. alia considerari non potest, nisi, quia Florentini propter aeris temperiem descendentiã ingenio acuti, magis doli capaces in dicto tempore 16. & 18. annorum med. obseruantia a cõter accidentibus fuerunt à statutibus iudicati; argumento eorum, quæ notantur per glo. & Dd. in l. 2. C. de his, qui vend. atatis impetr. & in terminis per Excellentiss. Præceptorem Sfort. Odd. de restit. in integrum, p. 1. q. 2. art. 6. nu. 46. Quæ quidẽ ratio in forensibus, & diuersis partibus mundi, sub diuerso clima. aeris temperie natis, & educatis, absque dubio non militat.

F Quintò, quia statuta iuris cõmunis correctoria semper debent intelligi, vt minus lædant ius commune, quam fieri possit, c. cum dilectus, vbi Butr. de consuet. l. ferui vestri, cum ibi not. C. de noxal. & post multos alios Surd. decis. 43. nu. 6. Hoc statutum iuris correctorium est; quia minores 25. annorum pœna mortis puniri nõ possunt, l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. & est cõmunis opinio, vt testatur Grammat. decis. 23. nu. 12. ipsum reuertit & sequitur Clar. in §. fi. q. 60. in prin. ibi; Aut verò est maior quatuordecim, Menoc. de arbit. iud. li. 2. cent. 4. cas. 329. nu. 2. 3. & seq. Igitur debet intelligi de Florentinis, & subditis tantum, non verò de forensibus, vt est D. Ioan. inquisitus.

Ex quibus concludendum videtur D. Ioanem etatis sedecim annorum pœna mortis, nõ obstante statuto, iubr. 33. lib. 3. non posse puniri; sed primò, ex causa minoris etatis pœnam fore, & esse mitigandam; secundò ab ipsa etiam minori pœna absolvendum; quia vt in primo meo consilio demonstravi, ab Antonio verbis, minis, & armis fuit prouocatus. In omnem tamen euentum pœna debet esse satis leuis, sub correctione semper, &c.

465 † Sed aduerte quod sicut forensis non ligatur statutis circa delicta tantum statutaria, quæ non sunt delicta de iure communi, ita non potest accusare subditum statuti pro iisdem delictis statutarijs, Alex. consi. 164. num. 3. vol. 6. & consi. 181. vol. 2. Corn. consi. 45. in 1. volu. Et sicuti forensis non ligatur dictis statutis, secundum ea quæ supra dixi; ita non gaudet illorum priuilegijs, text. in l. secundum naturam, de reg. iur. vbi Dec. & Cast. & in d. l. in prouinciali, §. fin. ff. de oper. nouis nunciat.

466 † Hinc infertur ad surdum, qui ut non ligatur statuto circa sonum campanæ, ita non potest accusare alium de tali inobseruantia, Fel. in c. pru-

dentiam, col. 1. de mot. Pet. Bonacoss. super qq. cri mi. in verb. nox. Bal. in l. si quis in graui, §. surdus, ff. ad Syllan. fallit si est practicus sono campanæ, Euerar. in arg. à solitis. & cū videre omnes alios possit lumen co tempore fore vel dum Aue Maria sono campanæ pulsante videt astantes genuflexos capite detecto dicere Aue Mariã; siue in plateis, siue in vijs, sic iste surdus ligatur statuto, & potest esse testis in his quæ solo sensu visus percipi possunt contra inobedientes. Farinac. detest. q. 61. nu. 46. & 47. & in pract. de test. in ver. surdus. Et è contra sicut forensis ligatur statutis in materia delictorum de iure communi, vel alio quouis iure natura, diuino, aut Canonico, † ita excusatur, sicut excusari possunt ceteri, qui non sunt forenses, d. l. secundum naturam, de reg. iur. l. Nesselius, §. fi. de excus. tut. idèd dicimus de statutis & pœnis à communiter accidentibus, quibus supra diximus forenses subiaccere, quia contrariorũ est eadem disciplina, glo. fin. in d. l. secundum naturã, vbi dec. nu. 3. de reg. iur. Euerar. in loc. à contrarijs seu oppositis, lit. B. & C. † dicēs, q̄ vbi statutum non potest habilitare forensẽ, minusque potest eum inhabilitare, Bal. in d. l. cunctos populos, in 7. col. C. de sum. trin. & fid. cath. quia tantum operatur propositum in proposito, quantum oppositum in opposito, l. fi. in fin. de leg. 3. cum similit. Et quidem ex hoc argumento à contrario sensu elicitur illa quæstio trita & ventilata, † an delictum factum de sero, vel in aurora, dicatur factũ de die, aut de nocte, stãte statuto, vt in delictis nocturnis pœnæ duplicentur, vt Mantuæ & alibi; de qua tractant Bar. & Rom. in l. 1. §. hoc autem Senatusecõ sultum, ff. ad Syllan. & Bal. in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posthu. & tenent in dubio iudicandum esse factũ potius de die, quàm de nocte, iux. l. semper in dubijs, cum concor. de reg. iur. Alber. in 2. par. statu. q. 19. Gand. de malef. tit. de pœn. reorũ, ver. præterea, Bonacoss. super statu. cri. 9. in verb.

470 Nox. † & ibidem declarat quando Nox dicatur & etiam Clar. q. 82. ver. statutum 9. ver. quæro, & dixi supra sub n. 115. & adde Feder. in suis disp. 44. vbi ait quod quando sol est super terram dies est. l. consensu. ff. de off. deleg. l. Rom. ff. de fer. ad statutum circa delicta de die, vel de nocti facta ergo sequeretur arg. à cõtrario sensu quod sole ad occasum migrato, nox diceretur, tamen vi. sup. sub. d. nu. 115.

471 † Quarta regula principalis est, q̄ valet argumentum de statuto ad consuetudinem, si. c. cõsuetudo habet omnia requisita ad inducendam consuetudinẽ, de qua pluribus in locis locutus sum, vt nu. 5. 6. & 7. par. 2. in pract. de test. ibi in reper. & nu. 68. p. 1. & n. 58. in hac 4. par. & pulchrè Petr. à Raue. d. tract. de consuet. sect. 1. num. 24. cum

472 mult. seq. & Roch. de cur. eo. tract. sect. 4. † qui ad validitatem consuetudinis nonnulla concurrere dicit, quæ aliter non repeto.

473 † Qua de re quemadmodum extensio fieri potest in statutis pœnalibus, ita in consuetudine, si habet causam finalem fauorabilem, vt est punire delicta, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. quamuis odium in consequentiam veniat, quod sit rationale, l. quemadmodum. & ibi Barto. C. de agric. & cens. lib. 1. & ita per Salyc. in l. 2. circ. fin. C. de noxal. actio. Et sicuti forenses ligantur statutis, ita etiam consuetudini, per iura & rationes adductas per Bartol. & Bald. in l. de quibus, de leg. qui dicunt, si consuetudo est simplex, & non limitata, ligat forenses in committendo,

- tex. in §. quia verò in Auth. de non alien. secus in
 omittendo, ita communiter tenent Doctores in
 d. l. de quibus, & cum hac declaratione transit
 Roch. d. tract. sect. 9. nu. 2. & §. nisi talis consuetudo
 do esset singularis in illo loco, vel admodum ex-
 474 trauagans; ¶ nam ex partibus singularibus non fit
 extensio, ar. c. in Genes. extra de elect. & ius singu-
 lare non trahitur in consequentiam, quod verò
 contra, de leg. c. qua à iure, vbi Dyn. de reg. iur. &
 add. ad eum in cap. in argumentum, eod. tit. in 6.
- 475 ¶ Verum consuetudo in pœnalibus, & odiosis
 nõ extenditur ad mulieres, minores, absentes, fu-
 riosos, & ignorantēs, Ro. sing. vlt. & Roch. d. tra-
 cta. sect. num. 9. 3. 4. nec etiam de casu vero ad ca-
 sum fictum, vt sentiunt Doctores, in cap. fin. de
 confuet. in 6. Bart. in d. l. omnes populi.
- 476 ¶ Quinta regula principalis est, quòd statuta
 exorbitantia correctoria, & odiosa nullo modo
 extenduntur, nec actiue, nec passiue, etiam à ma-
 ioritate rationis (quæ uis ob non extensionem
 frustratoria, vel elusoria redderentur) quinimò
 absurdum esset illa extendere, Dd. in l. si verò, §.
 de viro; & ibi plenissime Imol. ff. soluti mar. vbi
 propria sedes huius materiae, & in l. i. C. de con-
 stit. Princ. in §. planè, Instit. de iur. nat. gent. & ci-
 uil. Aret. in d. §. ius aut, col. 10. Inst. de iust. & iur.
- 477 ¶ At si statuta pœnalia sunt duntaxat correcto-
 ria, vel exorbitantia, aut odiosa tantum, extensio
 cum grano salis admittitur, Matthæ. eo. tract. de
 interpret. extens. num. 1. 8. 2. 2. 3. & 24. Corp. d. d.
 tract. per discursum, & procedit maximè, si ratio
 est expressa, licet Dd. communiter conueniant hæc
 nõ posse dici veram extensionem, sed magis ver-
 borum interpretationem ex fonte legis emanatam
 immediatè, Titac. d. trac. caus. cessa. nu. 156. 157.
 cum sequ. Salyc. in d. l. 2. nu. 20. C. de nox. act. &
 Aret. ac alij. Extensio enim habet causam media-
 tam, & (vt ita loquar) quodam modò discontinuam,
 scriptum sumens à ratione legis, aut à mente dispo-
 nentis, vt coru filia, sed extra domum, & Euerar.
 d. loc. à rat. leg. lar. ampliat. tria membra principa-
 liter distincta facit circa extensionem fiendam in
 pœnalibus, videlicet extensio in exorbitantibus;
 extensio in correctorijs; extensio in odiosis. Quod li-
 bet membrum tractatur de per se, ad que conferunt
 dicta Bertazol. cõf. 63. n. 22. vol. 1. cõf. 345. vol. 2.
- 479 ¶ Statuta igitur exorbitantia sic dicuntur, quia
 sunt contraria, & in totum deuia ab omni æqui-
 tate, & à iure cõmuni, & eorum dispositio dicitur
- 480 valde extrauagans; ¶ quia est ad reprimendum
 quosdam excessus nimium excessiuos, & occultos,
 quando delicta sunt tam frequenter excitata,
 & occultata, An monitoriales sint concedendæ
 pro inueniendis delictis occultis, & conclusum
 fuit quod nõ, vi. Clar. q. 27. & ibi Baiar. nu. 3. & 4.
 vbi remissiue, quid de Principi proclamantibus
 cogentibus reuelare malefactorem, ibidè. at pro
 inueniendis rebus furatis solent monitoria con-
 cedi, Sylu. nu. pt. in ver. monitorie, vbi ait quod fa-
 mulus qui tantum Domino surreptit, quantum
 habere debebat, nõ tenetur reuelare, nec restituere,
- 481 re, Baiar. ad Clar. §. furti, nu. 87. ¶ & quauis du-
 ra lex videatur, tamè est seruanda, l. prospexit, ff. q.
 & a quibus, vbi Dd. Salyc. in l. 2. C. de nox. act. &
 cõferunt que dicta sunt in 3. p. nu. 33. & alia que
 infra dicam in materia restrictionis, cir. prin. & per
- 482 Matthæ. tract. de interpret. extens. nu. 4. ¶ qui ap-
 pellar talia statuta crudelia, & Aret. in d. §. ius au-
 t, col. 10. vers. aliquando, dicit talia statuta exten-
 deda nõ esse, siue appõita sit dictio taxatiua, siue
- non, per liquod verò, ff. de leg. cū talis dispositio
 483 actibus, & inuitatis penis afficiat; ¶ verū sicut
 extremis morbis extrema remedia, sic extremis
 delictis remedia extraordinaria adhiberi expedi-
 dit. Ego aut pro nunc nõ intelligo de exorbitantia
 illa, que habet vim fallæ, vt est querere, qn fallæ
 ut statutorū extenditur, vel sublimitatur; sed pro
 fitu est exēplificatio dicere de penis exorbitantibus.
- 484 ¶ Statutorum ergo exorbitantium pœnalarum
 pluraxempla adferri possunt, puta quod pater
 teneatur pro delicto filij, de quo loquitur Thob.
 Non. conf. 102. & dixi in verb. pater, in re per. re-
 missiue, vel quod villa teneatur emendare dam-
 num datum, vt in verb. communitas; vel quod il-
 le, qui verè nõ deliquit habeatur pro delinquente,
 vt in verb. diffamatus, vel quod nõ est delictum,
 habeatur pro delicto; vt in verb. delictu de nõ deli-
 cto. Itē si statuta sunt facta in prauidiciu tertij,
 Decia. tracta. de delict. c. 33. nu. 38. fol. 58. tom. 1.
 Itē si quouis modo ius iniquū statuitur, vt supra
 diximus, nu. 271. cum plur. seq. p. 3. & huiusmodi
 que de se irrationabilia dicuntur; vnde nimiru
 regulariter nõ fit extensio, per textu in c. qua enim
 à iure cõmuni exorbitant, nequaquã sunt ad con-
 sequentiã trahenda, vbi Dyn. de reg. iur. concor.
 text. in l. que contra iura, vbi Dec. ff. de reg. iur.
- 485 ¶ Et hoc verbu exorbito significat contra rectu
 ire, vt per Aug. lib. 9. de Cic. quod est ab itinere sa-
 pientia exorbitare, & illi dicitur exorbitans, qui
- 486 nõ habet discretionem, nec facit distinctionem de
 persona ad personam, de loco ad locum, de tempore
 ad tempus, de casu ad casum, & verificatur et quan-
 do statuente casum necessitatis expressè locum
 non habere iubent, vel si volunt dispositionem
 pœnalem ampliari, sed non limitari. Et tandem
 dicunt regulam nullam pati exceptionem; & sta-
 tuunt fauores restringendos, & odia amplianda;
 nam ijs modis ipso iure eorum dispositio est nul-
 la, & ideo opus non est querere, an extendatur.
 Et attentis ijs considerationibus, non esset pone-
 re os in cœlum contra illos Doctores qui argu-
 mentantur, quod si extensio potest fieri in corre-
 ctorijs, multo magis in exorbitantibus, cum exor-
 bitantia sonent in malam partem, correctoria ve-
 rò in bonam partem, vt infra suis locis dicam.
- 487 ¶ Sed statuta duobus modis vti exorbitantia
 cõsiderari possunt, vno modo secundum exem-
 pla, de quibus in vers. antecedenti, cir. princ. Se-
 cundo modo iuxta ea, que mox circa fin. d. ver-
 dicta sunt, vel si pœna attentata qualitate facti, aut
 delicti est valde excessiua, quo casu extensio nõ ha-
 bet locu, vt inquit Matthæ. d. tract. de interp. ex-
 tens. nu. 52. & Aret. in d. §. ius aut, col. 12. vers. itē si
 essent odiosa, vbi dat exemplū, q lex mandans fi-
 liu puniri certa pœna, si patre sine venia in ius vo-
 cat; vel seruū puniri cū in ius vocat dominu; tunc
- 488 si pœna est secundum ius commune, ¶ dispositio
 de filio extenditur ad generu in ius vocantem so-
 cerum sine venia, l. 1. ff. eo. de in ius voc. At si sta-
 tuti pœna nimis exorbitata iure cõmuni, tunc nõ
 fit extensio de filio ad generum, sed alia pœna ex-
 traordinaria puniri debet, l. generaliter, vbi glos.
 ff. de in ius voc. & de ijs infra in limitationibus.
- 489 ¶ Qua de re extensio in statutis pœnalibus val-
 de exorbitantibus non fit, nisi ijs concurrentibus
 pro grano salis, scilicet identitate rationis, distinc-
 tuendo, aut extensio fienda est inter easdem per-
 sonas ad alium casum similem, aut agitur de ex-
 tensione fienda ad alias personas nõ nominatas;
 primo casu qn dispositio est fauorabilis fit exten-
 sio,

fio, l. vnica, C. de ijs que ante aper. tab. vbi et stan
 re dictione taxatiua in fauorabilib. procedit, est
 glo. fing. iuncto tex. l. fi. in ver. voluerit, & ibi Dd.
 C. de reuoc. donat. fecus in odiosis, c. odia, de reg.
 490 iur. & datur exemplum; † Statuto permittitur
 patri vendere filium ob necessitatem famis, tamē
 ob quamuis aliam necessitatem non permittitur,
 tanquam merē odiosum, not. in l. 2. C. de patr. qui
 fil. distr. At non habet locum quando filius est ef-
 fectus Clericus, aut est valde utilis Reipub. vel et
 familiae domus patris, Hostiē. in c. Iudaeorum, de
 etat. & qual. Marf. in rub. de fideiuf. num. 520. &
 491 Dd. repetent. in d. l. 1. C. de patr. qui fil. † Sed in
 fauorabilibus hoc exemplum accipe: statutum di-
 cit, q̄ percutiens aliquem in platea, magis puniatur
 quā alibi, vt alias supra locutus sum in materia
 statuti Mantuæ, hoc statutum quoque dicitur ha-
 bere locum in palatio dominorum, vt de com mū
 492 ni testati sumus, in arg. a ratione loci. † Statutū
 dicit, quod vulnerans in gula, vel à gula supra capi
 te puniatur, vt dixi supra nu. 439. idem locum ha-
 bebūt, si in mamilla sinistra à parte cordis, vel in
 pulsu, aut vt chirurgici dicunt, in pisce quis vulne-
 rauerit; nam ratio fuit quia vulnus in gula est le-
 thale, & similiter illatū in alijs locis supradictis;
 493 † Hinc statutum Mantuæ in rub. de homic. de-
 claratur in §. & intelligatur, vbi qui vulnera letha-
 lia intulit, præsumitur animo occidendi.
 494 † Sequitur aliud exemplum: statutū dicit, q̄ re-
 ceptans furem pari pœna puniatur, hoc extēditur
 etiam si res furatas receperit scienter, vide in
 verb. in pœna, in reper. & Bonacoss. super statu. eri-
 mi. in verb. latro. & in ver. furtum, & in verb. re-
 ceptator, cum ibi per eum adduc. idem si statutum
 dicit, q̄ fur ducatorum centum suspēdatur, locum
 habebit in æquivalente, vel si instrumentū illam
 summam cōtinens furatū sit, Boss. tit. de fur. n. 53.
 In secundo autem casu, quoad extensionē fiē-
 dam ad alias personas ad casum similem, extensio
 fieri potest in tribus casibus, secundum Euerar. lo-
 co cit. primò, si sub lata significatione posset omif-
 sum de iure comprehendī, & persona non cōpre-
 hēnsa expressē, esset tamen capax talis extensionis
 fallit si dispositio esset valde odiosa: iura tibi non
 allego, quia hæc est practica, & potes videre Eue-
 rar. secundò, in fauorabilibus ad publicam utili-
 tatem; tertio, si aliqua sunt à iure æquiparata, Mat-
 thef. d. tract. num. 21. Imo. d. §. de viro, & intellige
 vt supra, in arg. de extensione fieda de persona ad
 personam, & in 2. reg. principi. faciunt etiam dicta
 sup. in arg. à simili, & ab æquiparatis.
 495 † Iterum dico, q̄ exorbitans valde prouisio illa
 dicitur, si ob continuam infestationem farinello-
 rum Principes mandare solēt, vt eorum recepta-
 tores pari pœna puniantur, cum minus delinquāt,
 & tamen ad terrorem sit, & sæpē etiam comprehē-
 duntur receptatores, quamuis ignorantes & alij;
 item rustici, & minores 25. annorum, mulieres et
 huiusmodi, l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. Aret. in §.
 ius autem, col. 11. vers. aliquando permittitur etiā
 496 aliquid crudele; † Quinimò nec vis bānitorum
 tali casu excusaret illos, qui esum & potū per vim
 dedissent: Bonacoss. d. stat. crim. in ver. receptator
 bannitorum, & Dd. in l. prospexit, ff. qui & à qui-
 bus. Salye. in d. l. 2. nu. 2. de noxal. act. ubi aliud tra-
 dit exemplum. Secus de equitate, quoniā vis præ-
 cisa in humanis excusat, non autem in diuinis, vt
 sup. in nouissima Additione in 1. par. sub nu. 99.
 in fi. ex Couarr. ibi citato, & illi qui eorum sceler-
 tibus dant causam faciendi exorbitates prouisio-

nes, equidē exorbitanter castigari debent sicut di-
 cit Caball. milleloq. 611. par. 2.
 499 † Supradicta verò conclusio, quod in exorbitā-
 tibus fiat extensio, limitatur primò, si pœna esset
 nimis magna, attenta qualitate facti aut delicti,
 Matthes. d. tract. n. 52. Aret. d. §. ius autem, col. r.
 vers. item si essent odiosa; secundò fallit, si disposi-
 500 tio esset facta principaliter causa lucri. † Hinc so-
 lent in principio proclamationum in præfatione
 enarrari cause, quibus principaliter Principes, aut
 statuentes mouentur ad ita statuendum, & per il-
 las cognosci pōt, an dispositio patiatur restrictio-
 nem, vel extensionem: tertio, fallit in pœnis pro
 delicto negatiuo in omittendo impositis; exem-
 plum vt si non soluatur creditoribus, vel si in ius
 pater, aut dominus sine venia vocetur, Aret. §. ius
 autem, col. 12. instit. de act. Bertazol. consil. 63. nu.
 22. vol. 1. conf. 345. vol. 2. & de ijs dixi sup. quarto
 fallit, si ille, ad quem extensio esset fienda, puniti
 posset alia pœna, per aliud statutum indicta super
 eodem facto, Didac. var. resol. c. 2. n. 5. col. 3. lib. 1.
 dixi in hac 4. par. nu. 44. quinto fallit, quando pœ-
 na nedum est exorbitans, sed et odiosa; quia tunc
 dicitur carere æquitate, Cæpol. d. tract. de extens.
 nu. 10. & infra exemplificabo, & prædictas fallen-
 tias nota, quia etiam sequenti regulæ deseruiunt.
 501 † Sexta regula principalls est, q̄ statuta odiosa
 dicuntur, quando alius pro alio punitur, vt in reg.
 præcedenti, & appellantur irrationabilia, vt dicit
 Aret. d. §. ius autem, col. 12. cir. princ. instit. de iur.
 nat. Item dicuntur odiosa, quādo pœna iuris com-
 munis nimis augetur, vt supra in prima fallēt. Itē
 si imponitur pœna nimis excessiua, vt supra: &
 hoc modo nedum odiosa, sed etiam exorbitantia
 appellantur, quod facit ad exemplum quintæ fal-
 lentis regulæ antecedentis. Et in summa nota, q̄
 in omnibus illis casibus, in quibus extensio non
 potest fieri in exorbitantibus, vt ex supradictis fal-
 lentijs colligitur, illa dicuntur statuta odiosa; &
 idē bene dixit Aret. in d. §. ius autem, quod ista
 502 materia est valde intricata, & nō † bene demon-
 strabilis; constituenda est nihilo minus hæc regu-
 la negatiua, quod in odiosis pœnalibus non fit re-
 gulariter extensio, c. odia, cum concor. de reg. iur.
 in 6. & in hoc differt à regula præcedēte, quā aliud
 est q̄ pœna sit exorbitans, ex quo potest habere ra-
 tionabilem causam: aliud est quod pœna seu pœ-
 nalis dispositio sit odiosa, quia est irrationabilis,
 vt supra satis demonstratum est, meritò in odiosis
 non fit extensio, l. cum quidam, vbi Dd. de lib. &
 posthu. Cæpol. d. tract. de extensio. tit. quæ fuit cau-
 503 introduct. extens. nu. 35. dicens, q̄ quicquid est cōtra
 æquitatis iustitiam dicitur odiosum, † & duplex
 dicitur odium publicum, & priuatum, Abb. in c.
 quoties, de test. qua de re declaratur ipsam regulā
 locum habere in odio publico, vt est punire totam
 vniuersitatem, vel totum Collegium pro delicto
 vnius Doctoris. Secundò, regula habet locum si
 odium venit principaliter, tanquam causa finalis,
 & non in consequentiam; Dyn. d. c. odia, nu. 6. &
 dispositio iudicatur fauorabilis, aut odiosa, atten-
 ta principali intentione disponentis, l. qui excep-
 tionē, & ibi Dd. de cōdic. indeb. dixi sub reg. ter-
 504 tia, † & mens declaratur per coniecturas, vt per
 amplū tract. D. Mantic. de coniect. vlt. uol. & per
 p̄sumptiones, vt per latissimū tract. D. Menoc. de
 p̄sum. itē ab effectu, vt in reper. in verb. animus,
 & à verisimili, vt in l. tale pactum. & ibi glo. ff. de
 pact. Supradicta regula fallit primò, si pœna tendit
 ad publicam utilitatem, & honestatē, exemplum

est, vt quisquis re sua & aliena bene vtatur, s. sed maiore, institut. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. & quod delicta puniantur iuxta. l. ira vulneratus, ad leg. Aquil. l. congruit. ff. de offic. Praef. Nam statutum poenale, circa delicta de iure communi dicitur fauorabile, Bar. & alij in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & in l. cunctos populos, C. de sum. trin. & fid. Cathol.

Item quando tempore Charistiae quis cogitur ferre triticum super platea vendendum limitato pretio, vt pulchre explicat Gomef. var. resol. tit. de empt. & vend. nu. 51. vbi ampliat plurib. modis, & vide adhuc Bonacoll. super statu. crimi. in ver. venditor. Item si est imposita talea angariarum ex causa publica necessitatis, vel ut sub poena non sroferetur bladum, propter penuriam; quia ijs; & similibus modis statuta sunt parum fauorabilia, & partim odiosa.

Secundo fallit, quando poena est immoderata, & nimis excessiua, Matth. d. tract. nu. 61. vbi adducit tex. l. si hac, §. fin. ff. de in ius voc. & l. venia, C. eo. l. maximum vitium, C. de lib. praeter. sed di spofitio dictis modis fauorabilis, & odiosa toleratur, l. cum ex oratione, §. si. de excus. iuto. Bar. in l. quod fauore, in 6. opp. C. de leg.

506 ¶ Veruntamen consideratur quod si fauor sit publicus, & odium priuatum, tunc fit extensio, Bal. in l. si. C. de interd. Dyn. in d. codia. nu. 5. alioquin, vt dixi, dispositio toleratur, sed non extenditur, glo. in l. ignominia, ff. de infam. Bart. Bald. Iaf. & alij in d. l. omnes populi, de iust. & iur. & Dyn. d. nu. 5. ¶ ait, tunc considerari fauorem publicum, si delicta remaneret impunita, nisi extensio fieret, quod bene intellige, Dec. in l. femina, num. 111. & 112. de regi. iur. ita tenet Floria. in l. lud. & in l. ira vulneratus, ad leg. Aquil. vbi late de hac materia extensionis, & vide quae dixi in repet. in verb. interest. & Marf. in §. aggredior, nu. 39. in sua pract. crim. Bald. in l. quisquis, C. ad leg. Iulia. Maieft.

Tertio, fallit fauore animae, quia etiā in odiosis fit extensio, Matthes. d. tract. nu. 23. tex. in clem. 2. in verb. in eisdem, de arat. & qualit. Iaf. in l. quadiu, nu. 24. ff. de lib. & posthu.

Quarto fallit, si dispositio (licet odiosa) tendit ad fauorem Ecclesiae, ac fidei Catholicae, Iaf. ibi, nu. 25. vbi alias fallent. ponit. & vide Aret. d. §. ius autem, col. 13.

508 ¶ Septima regula est, quod statuta correctoria poenalia dicimus ea esse, si poenaliuris communis corriguntur a statutis, vel statutum nouum corrigit vetus, vt supra circa extensionem passiuam multa exempla deduximus, & correctio fit super expressis; nam licet olim poena blasphemiae erat capitalis; tamen hodie per statuta ferē vbiq; alterata videtur, & pro prima vice redacta in poenam pecuniariam, nisi blasphemia sit haereticalis, Plot. in suo tract. de blasphemia.

510 ¶ Vnde ob qualitatem temporum, ob frequentiam delictorum, ob mutationem morū, & propter pessimam qualitatem hominū, iura antiqua corriguntur, maximē si correctio fit principaliter

511 ob publicā utilitatē, & non priuatā; ¶ & ex hoc habes duplicem esse correctionē publicam & priuatā, de qua per Scrib. in d. Auth. quas actio. C. de sacros. Eccl. gl. in auth. de nupt. §. 1. & alia gl. sing. in c. cupientes, in verb. petere, de elect. vbi Doct. no-

512 stridunt, q. per subauditos ¶ intellectus, nō fit correctio, gl. ung. in c. cupientes, §. q. si per vigin-

ti, in verb. petere, de elect. & p. Euotard. in sua cēt.

in loc. à rōne legis larza & ampla lit. f. sed Genuae statutum expresse prohibet subauditos intellectus & tacitos, & vult quod intelligantur ad literam.

513 ¶ Ad haec, statuta poenalia correctoria non recipiunt extensionem ab identitate vel maioriore rationis, l. praecipimus, in fi. C. de appel. quia correctio non inducitur, nisi quatenus in iure expressum reperitur, §. cū igitur, ver. nec est lex, in auth. de non elig. secun. nub. d. l. si verò, §. de iuro, vbi Imo. alios alleg. ff. sol. mat. gl. cō. approbata in cle.

514 vt hi qui in vers. distributione; ¶ Hinc dicitur, quod argum. à contrario sensu non sumitur ad iuris correctionem, nisi quando in sensu directo si perfluum foret, l. nulla, iuncta auth. Diaconissam, C. de Episc. & cler. vide supra nu. 468. & quando sensus non est contrarius legibus & statutis, Repe-

sent. in d. l. omnes populi, ff. de iustit. & lib. i. & ita intellectas iust. subauditus per arg. à contrario sensu, est ac si expressus fuisset in statuto ad eo quod non potest fieri casus omissus & per consequens non recurritur ad statutum ciuitatis praedominantis. C. aualeo. decif. 12. nu. 2. & 26. decif. 13. nu. 21. p. 3. Bal. conf. 443. col. 2. Rim. iun. conf. 582. nu. 4. vol. 6. modo reg. supradicta. Fallit primò, si ratio finalis decidendi est expressa in statuto, Bertazol. conf. 63. nu. 22. vol. 1. idem si non est expressa ratio, sed unica rātam assignari potest; quia pro expressa haberetur, ijs solis, C. de reuoc. donat. & sic vt in alijs reg. diximus; secundo fallit, si per statutum vetus ponitur una regula, eadem regula sub-

intelligitur per extensionem passiuam in statuto nouo corrigente vetus; Bar. d. l. cunctos populos, in 4. q. art. 6. prim. tertio fallit ratione aequiparatorum, glo. in l. quod verò, ff. de leg. & alij in l. Mar-

cellus, in prin. ad Trebel. est. tex. in l. si. C. de indic. vi. tol. Nā si duo casus sunt aequiparati à lege anti-

qua, similiter statutum nouum loquēs in uno ex dictis duobus casibus, extenditur etiā ad alium casum; intellige si sunt in totum aequiparati circa

materiam, de qua quaritur, quartò fallit, vt casus verus extendatur ad fictum, si in omnibus sunt aequiparati, & seu à lege noua corrigenti purificati;

Matthes. d. tract. nu. 21. quinto fallit fauore animae, vt supra; sexto fallit, quando tractatur de puniēdo delicto ad commodum Reip. si non fieret extensio, delictum remaneret impunitum; vt

515 supra, ¶ septimò fallit, si correctio est facta expresse in vno correlatiuorum, quia extenditur ad aliud, l. si. in prin. vbi Bar. & Dd. C. de indic. vid. toll. octauò fallit, quia correctio in uno de connexis corrigit & alterum, c. translato, extra de cōsti.

nōd fallit, quia correctio in vno casu corrigens, extenditur ad alios casus, qui etiam sublata significatione congruenter comprehendi possunt, glo. in ord. in clem. 1. in ver. eligatur, de elect. Alex. in l. 2. de legat. 1. Tandem concludo quod vbi fit extensio in exorbitantibus, multò magis in correctorijs per supradicta, & conferunt ea, quae dixi, in repet.

in verb. poena una cum plur. ver. seq. & intellige

516 q. lex corrigens ¶ intelligitur secundum terminos legis correctae, §. si. in auth. de fil. ante dot. in stru. nat. sicuti ē dicitur q. lex interpretans debet intelligi secundum naturam legis interpretatae; nihil, vbi Bar. de coniung. cum emancip. libera.

517 ¶ Octaua regula principalis est, quod statuta poenalia, non odiosa, nec exorbitantia consistunt principaliter in duobus, in transgressione in committendo & omitendo, quibus casibus poena exorbitans iudicatur vel correctoria vel odiosa, si non exorbitat dicendum est quod poena sit secundum

rigorem

rigorem

rigorem

rigorem

rigorem

rigorem iustitiæ, aut secundum æquitatē, & utro-
 518 que modo extensionem patitur, ut infra, † & in
 sacris paginis habetur q̄ occasione peccati Adæ
 mors, & à legiflatore propter delicta pœna est in-
 uenta. Leges namq; naturæ, Diuinæ, & humanæ
 pœnam transgressoribus respectiue imponunt, ut
 qui occidit, occidatur, iuxta distinctiones, quas su-
 præ posuimus, & multoties de iure communi au-
 gentur, aut diminuuntur (sed hoc perrarò) à statu-
 519 tis, constitutionibus, & proclamationibus Prin-
 cipum, † & pœna in certis casibus habet locum
 ob inobedientiam, & non propter delictum,
 quamuis inobedientia connumeranda sit inter
 delicta, tot. tit. C. si quis Imper. vel Iudic. nō ob-
 tēper. quia Principi obediendū est, Auth. de man-
 dat. Princ. Et statuta pœnalia in summa sunt nec-
 cessaria; Nam pœnam cōminantur ne delinqua-
 tur, & delinquentes obligant ad pœnā, hominesq;
 coercētur ad benè agendū, & benè vtendū rebus
 suis, §. sed & maior, Inst. de ijs q̄ sunt sui, vel alie.
 & nedū expedit punire homines sed quādoq; ani-
 malia bruta, Decia. de delict. tom. 1. c. 15. fol. 14.
 quānimò & res inanimatas, vt sup. dixi de demo-
 litione domus, nu. 3 18. & vide Luc. de Pen. in l.
 quoniā, C. de cursor. publ. lib. 12. & talia statuta
 dicuntur obligatoria ad illorū obseruantia, afflicti-
 ua propter pœnā, punitiua ob inobedientia, priua-
 tiua propter res, membrū aut libertatē, & exclu-
 siua à muneribus, Pur. de synd. c. 4. nu. 5. Natura-
 liter obligamur ex delicto, ac etiā ciuilitē, itē iu-
 re Diuino, ad quē vi. Caball. Milleloq. 164. p. 1.
 qui circa obligationem naturalem cōtra Ferrer.
 tenet, inquit quod lex dicitur pactum Reipub-
 cum subditis. Et nedum Domus demolitū ob
 grauissima, & acerbissima Delicta priuatorum
 sed etiā Ciuitates ob populi rebellionem, vnde si
 Ciuitas ob id, vel ab inimicis fuerit destructa, de
 inde reedificata pristina iura non recuperat, sed
 dicitur noua Ciuitas, Afflic. tit. de feud. tit. de ca-
 pita. Corrad. §. 1. nisi aliqua vestigia remāserint,
 vt ibi. nu. 48. per l. Atolicinus, ff. de ser. rusti. pred-
 secus per 30. aut 40. anno. sic destructa permāse-
 rit etiam cum aliquibus vestigijs, vt de Ciuitate
 Lunæ. Roma namque pluries destructa, semper
 Roma fuit, vi. Sfor. Od. tract. de restit. in integr.
 2. p. q. 94. nu. 25. Bar. in l. aur facta, de pœn. lib. 3.
 C. de exac. lib. 12.
 520 † Modò absoluendo regulam, omnes conclu-
 dunt affirmatiuè, quòd in pœnalibus fiat exten-
 sio, tex. & glos. in c. 1. vers. super de temp. or. & in
 cap. porrò, tit. quæ sue. prima cau. benef. amitt. in
 v. seu. l. pater Seuerinam, vbi Bart. de cond. & de
 monst. Bald. in l. cum proponas, C. de her. instit.
 Ias. in l. cum quidam, de liber. & posth. Barr. Bal.
 & alij in d. l. omnes populi, de iust. & iur. Aret. d.
 §. ius autem, col. 13. Inst. de iur. nat. Euerard. in vlt.
 memb. in arg. à rar. legis lat. ampla, & gener. ad
 extensionē ipsius legis, loc. 34. præsupposito sem-
 per q̄ pœna sit indicta ob fauorem publicum, c.
 odia, de reg. iur. vbi Dyn. nu. 7. & quod sit condi-
 gna delicto, l. respiciendum, de pœn. l. 1. ff. de off.
 Pref. vrb. & in l. 1. de iur. patr. & hanc regulā affir-
 matiuam cōfirmat Matthel. d. tract. de interpret.
 extens. nu. 62. vbi allegat bonum tex. in c. cum di-
 lecta, de concess. præben. dum modò extensio nō
 fit contra verisimilem mentem disponentis, vt
 concludunt Doctores in d. l. si verò, §. de viro, ff.
 solut. matr. ad hæc Crauet. de antiqui. temp. in 4.
 par. Dec. in reg. factum vnicuiq; suum, §. in pœ-
 521 nabus, nu. 10. de reg. iur. † Quando autem ex-

ten-
 tensio in pœnalibus ad maiora delicta fieri possit;
 vide eūdem Crauet. de antiq. temp. 4. par. nu. 25.
 & 26. Et hæc extensio nedum fit de casu ad ca-
 sum, sed de persona ad personam, & in omnibus
 alijs modis, de quibus suprā.
 522 † Fallit prædicta regula, quia nō fit extensio de
 persona principali ad subrogatā, Gabriel. com. cō-
 clus. tit. de reg. iur. cōcl. 1. 1. nu. 59. secundò fallit in
 eo, qui nō est verè talis, Farina. d. tit. de delict. &
 pœn. q. 24. nu. 69. vbi allegat Rot. decis. sub die 3.
 Julij, 1581. tertio, fallit in delicto negatiuo, vt sup.
 in materia odiosa; quarto, in pœnis exorbitantibus,
 & odiosis; quinto, quādo non militat eadē ratio.
 l. Papinianus §. exuli, ff. de minor. sexto fallit, q̄n
 pœna ipso iure imponitur, Matthes. d. trac. nu. 5 1.
 52 & 54. fallit septimò, q̄n verba per latā, & ob-
 scurā significationē interpretatur, Dec. in l. sem-
 per in obscuris, & in d. §. in pœnalib⁹, nu. 10. subli-
 mita q̄n inanis non redderetur dispositio, videli-
 cet si casui omisso per aliā dispositionē prouisum
 nō esset, Crauet. de antiq. tēp. 4. p. nu. 35. vbi alleg.
 Bar. in cōf. 106. inci. Statuto Castri; octauò fallit
 in pœna ipsa, quæ cū suapte natura sit odiosa, quate-
 nus pœna, & nō quatenus dispō pœnalis, nō exten-
 ditur, lo. And. in c. dispēdiolam, in prin. de reser.
 523 † Reliquum est, vt aliquid dicamus de disposi-
 tione pœnali restringēda, de cuius materia in l. in-
 terpretatione, ff. de pœn. q̄ vtile est scire propter pœ-
 nā fugiendā, aut damnū auertendū, vel lucrum
 nō amittendū indebitè, & in hoc traditur ab E-
 uerar. in loc. 34. talis regula, q̄ quotiescunq; rō le-
 gis est strictior dicto, seu dispō, tunc illa generalit-
 as restringitur ad limites rōnis, quæ est anima le-
 gis, l. scire leges, de leg. cū cōcor. quānimò ait ille,
 524 q̄ si rō non sit annexa dispositioni, tamē gene-
 ralis dispō restringi debet ad id, quod rō dicitur;
 Bal. in auth. ingressi, 2. col. C. de Sacrosanc. Eccl.
 quoniam virtus legis cōsistit in rōne, medulla, &
 mēte legis, non aut in verbis, & Bar. in l. adigere,
 §. quāuis, de iure patr. & in l. oēs populi, ff. de iust.
 & iur. distinguit, aut restrictio fit per aliā legē, &
 in hoc nō cadit dubiū, aut non, & ex vi rōnis, quā
 do aliter quis indebitè damnū pateretur, fit restri-
 ctio, vi. Aret. in d. §. ius autē, col. 7. circ. prin. pone
 525 hoc exemplū: † Statutū dicit, q̄ quicunq; extra-
 xerit sanguinē in Palatio capite puniatur, hæc di-
 positio restringitur, quia nō habet locū in barbi-
 tonfore, secus si statutū diceret, quod quicunq;
 extraxerit sanguinē in Palatio priuetur lucro, l. pro-
 spexit, ff. qui, & a quib. vi. Nauar. in suo Manual.
 Cōfess. sub cap. 28. de 7. casibus quibus polluitur
 Ecclesia, vbi de sanguinis effusione non modica,
 526 nec ioco sed itanter. † At Euerardus alio modo
 materiā restrictionis tradit, & ponit regulā, q̄ lex
 seu statutū recipit restrictionē à rōne posita in le-
 ge per suprādictā, & ampliat quinq; modis; pri-
 mò, si rō non sit scripta, sed vnica tantū ratio assi-
 gnari possit; secūdo, quādo per aliam legē, aut sta-
 tutum dispositio restringitur; tertio, quādo ab-
 surdum resultaret; quarto, quādo fieret tertio præ-
 iudiciū; quinto, quādo quis indebitè damnū pa-
 teretur. Limitat autē quatuor modis; primò, vbi
 statutum mandat dispositionem seruari ad lite-
 ram, vt iacet; secūdo, quādo ratio in statuto nō
 est scripta, sed plures assignari possunt; tertio, quā-
 do quis perderet lucrum indebitè; quarto, quan-
 do restrictio non esset expediens Reipubl. puta
 527 † si statutum concedat præmium capienti ban-
 nitū, non excluditur bannitus alium bannitū ca-
 piēdo, Bal. in l. 1. in fi. C. de prec. Imper. offerēd.

- fed vi. Gabriel. consil. 121. nu. 32. & alibi vbi dicit quod restrictio nunquam fit in claris, nec contra ius, nec ad praeiudicium tertij, per quemunque verba de sui natura restrictiua, quando assignari potest aliquis sanus intellectus, ne verba superflua appareant, & addo dum de damno vitando tractatur, secus vbi agitur de lucro captando, nam hoc est odiosum in damnum proximi, illud est fauorabile quod damnum auertit, Dy. & Add. in cap. odia, de reg. iur. in 6.
- 528 † Differentia verò, quae est inter damnum auertere, & lucrum amittere, facit restringere legem, quando restrictio non est contra ius publicum, Bart. in d. l. adigere, §. quamuis, de iur. patr. Aret. d. §. ius autem, col. 7. circ. princ. Inst. de iur. nat. et Euerar. vbi sup. loc. 34. Dd. in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunciat. & in l. si verò, §. de viro, ff. solut. matr. Dec. in l. in eo quod vel is, de reg. iur.
- 529 † Ad hanc materiam restrictiuam Salyc. in l. 2. C. de noxal. act. communiter approbatus, praecipue ab Aret. in d. §. ius autem, col. 7. ver. quapropter, sic distinguendo dicit, aut in lege est ratio scripta, & fit secundum illam restrictio; aut non est, & tunc aut est de eo, quod alio iure disponitur, & tunc aut restrictio non potest fieri salua ratione recti sermonis, & non restringitur, aut potest fieri, & tunc in odiosis, & poenalibus fit restrictio; in fauorabilibus autem non, nisi restrictio pariter esset fauorabilis, vt quia ita Reipub. expediret, vt supra dictum est, & hanc distinctionem optimè declarat Aret. vbi supra col. 8. vbi vide, danturq; plura exempla restrictionis, iuxta rationem, & 530 causam dispositionis, vt si statutum dicit, quod interficiens aliquem, quacunq; ratione, vel causa, capite puniatur, in hoc non fit restrictio, nisi ad sui defensionem; quamuis hoc exemplum non placeat, quia per talia verba non intelligitur remissa defensio, quae est de iure nature, Aret. d. col. 8. ver. item, dum Salyc. vbi recitat pro reconciliatione distinctionem Ant. de But. per eum allegatam, quae cum sit admodum prolixa, ad eam te remitto. At Cepol. tract. ext. tit. vnde elici poss. ext. nu. 30. sic ait, si ratio sit generalior dicto, dictum per rationem ampliatur: si verò ratio est aequalis dicto, tunc standum est dicto, & rationi, ex quo ad idem tendunt, quae possunt pro limitationibus seruire, & alias limitationes tradit Soc. in reg. 282. & Ro. in l. si verò, §. de viro, ff. solut. matr. restringit quinquaginta limit. & Damas. reg. 122. vbi tradunt regulam, quod lex generaliter loquens, generaliter fit intelligenda.
- 531 In summa simul concludamus, quod † in poenalibus, quotiescunque aliqua res possunt separari sine corruptione subiecti à re confiscata, non comprehenduntur in ipsa confiscatione: exemplum si quis in deuetum ob exportationem frumenti incidere, non comprehendit sacco, intra quem fertur, tradit Bald. & Salyc. in l. 3. C. de nau. fœnor. est tex. l. nam quod liquide, ff. de pen. legat. Alber. Brun. in 3. vol. statu. in verb. fiscare, ibi statutum dicit quod confiscetur farina, Rip. tract. de remed. ad confer. vbertat. nu. 131. vbi dat etiam exemplum, quod confiscata naui ob Deuetum, scapha non venit in confiscatione. Item vino confiscato non veniunt vasa, in quibus est vinum, item si confiscantur animalia cum plaustris, et rebus oneratis, non veniunt animalia, & plaustra accommodata ignoranter; quae ignorantia in dubio praesumitur, & stabitur iuramento domini, Ripa vbi supra, de remed. ad confer. vbertat. num. 135. & si
- 532 † expressè caueretur, quod et animalia, vel res commodata venient in confiscatione, daretur domino restitutio aduersus statutum, Ripa ibid. nu. 114. ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, de qua in l. doli clausula, de verb. sig. per Dd. in l. cotem ferro, §. si dominus, ff. de Publ. quod verum credo, si à comodatario effectu non soluendo emendam consequi non possit, ad tradita per Bald. in l. Iulianus, §. si procurator, ff. de act. empt. & ad damna euitanda restitutio solet concedi. Et pro damno euitando statutorum strictissima fit interpretatio, Sfor. Odd. de restit. in integr. q. 88. art. 5. nu. 54. Armis verò confiscatis eorum paramenta, & ornamenta in fodero confiscata quoque intelliguntur, Afflict. in cap. si quis Rusticus, sub num. 5. De pac. tenen. in v. seu. per l. 3. ff. de Public. l. cotem ferro, §. Dominus.
- 533 Item si † plures non socij onerantur nauim, aut mulum, plaustrum, vel huiusmodi, ob poenam incursum in Deuetum poena ab vno soluta alios liberat, quia poena hoc in casu, nisi semel debetur ratione rei in deuetum reperta, & non ratione personarum, cuius res erant, est doctrina Bartoli in l. Meuius, §. si duobus, ff. de leg. 2. quae ita intelligi debere dicit Ripa in d. tract. 137. Similiter si vna sola persona pluries cum nullo incidit in commissum, perdit mulum, sed non tenetur tot soluere muli aestimationes pro qualibet vice, Bar. loc. cit. & Rip. nu. 138. facit tex. in §. 1. Inst. si quadrup. pauper. fecit. dicitur, nisi postquam reemit mulum, iterum incidit in deuetum, nam toties quis perdit mulum, quoties incidit in commissum, l. saci mus, cum cõcord. C. de pen. aliud est si oia delicta habet praambulū necessarium ad vnum, vt est materia l. qm multa facinora, C. de vi pri. de qua dixi sup. nu. 164. & ad propositum, quod non debeatur muli aestimatio, nisi semel ex vna inia, vi. Bertach. de Gabell. q. 9. 10. 11. & 12. par. vlt. Boff. in tit. de fraud. vect. nu. 9. Bonacoll. in tract. de equis, q. 173. vbi allegat Ang. in l. si §. si ppter, ff. de Public. Marf. in pract. §. pterea, nu. 34. & haec nota bene, & diligenter tanquam quotidiana.
- 534 Et quoniam multoties occurrit, quod † aliqua pars poenae debeat dari parti, vel accusatori, aut infamibus exploratoribus (qui vt plurimum cicatrice deteguntur) illa poena tota debet dari fisco, vel incorporari, & non debet prius peruenire propria auctoritate ad manus participantium, est tex. & ibi Dd. in l. quod commune est, de reg. iur. & fiscus postea capta praeda diuidit spolia, dans vnicuique partem suam, Bar. in l. 1. nu. 4. C. de re. ven. fisc. lib. 10. nisi accusator penes se portionem suam haberet, vel sibi satisfieri curasset, l. res, §. 1. ff. de iur. fisc. Peregr. eo. tract. rubr. de pen. tit. 8. Marat. de ord. iud. 4. p. dist. 1. nu. 74. Nam facta tenet, quauis ita fieri non deberet, l. patre furioso, ff. de ijs. q. sunt sui, vel alien. iur. ad praedicta vide Bertazol. col. 439. nu. 23. vsq; ad nu. 30. vbi limitat, & declarat, vol. 2. & dicit, quod quando poena est corresponsiua, illa applicatur parti: Sed aduerte, quod si debetur ex conuentione onerosa, ut puta si ultra salariū detur Iudici quarta pars poenatum, uel publicano, qui conduxit uectigal pro certa pensione, fiscus non potest exigere nisi suam portionem tantum, Berous. consil. 199. & 266. uol. 4. p. 3. Addit. ad Clar. q. 95. num. 23. Bertach. de Gabell. 1. nu. 36. Nam Gabellarij dicuntur habere ius in re, Bart. in l. uectigalia, §. non sollicitis, ff. de publ. & uectig. Salyc. in l. si 95. C. de uect. & quoad iudicem vide sup. nu. 213. ubi Bertazol. col. 163. an autem quoniam poena applicatur partim fisco, et partim priuato dicatur ciuilibus, vel criminalis

minalis dic criminalem omne respectu fisci, & equalem respectu privati, & ex utroque dicitur pena mixta ad trad. per Bal. in l. si quis ex vna, ff. de priuat. delict. idem in l. 1. & 3. ff. de sepulcr. violat. vi Bar. in l. Agraria, de ter. mot. qualiter aut debeat fieri hæc condemnatio trad. idem Bal. in l. quoties, §. Senatus, ff. de iur. fisc. & dixi supra etiam in 1. par. sub num. 51.

535 Tandem scias quod si in criminalibus ius accrescendi locum non habet, unde si fiscus renunciat, vel non vult perere partem suam, illa non acquiritur illi, cui pars pena applicanda venit, Brun. super 3. vol. statu. in verb. statutum, in fi. & in ver. ius accrescendi, idem in contractibus, Grass. de ult. volunt. §. ius accrescendi, q. 24. & in emphyteosi, q. 25. nec in feudis, q. 3. vbi distinguit. Et ita finem imponimus huic quartæ parti ad laudem Dei, & gloriose Virginis Matris Mariae, Amen.

PARTIS V.

SUMMARIUM.

- 1 Syndicatus quid sit.
- 2 Syndicatus durante officio fieri non debet. De abusu querelantium autem tempus.
- 3 Prouincia dum expurganda, & delicta puniendæ sunt, Index querelandus non est.
- 4 In promiscuis actibus officia turbari non debent.
- 5 Agens & patiens simul, & circa idem subiectum esse non possunt.
- 6 Electio officialium accuratè fieri debet, & facta manuteneri.
- 7 Officij virtus stat in manutentione.
- 8 Indemnitati subditorum aliud est prouidere, aliud molestiam Iudici inferre. Officio, dignitati, & subditis, quomodo succurrendum.
- 9 Instantia syndicatorum breuis esse debet, & quot dierum sit de iure communi.
- 10 Terminus datus ad querelandum officialem, qualis, ac quantus, & an sit peremptorius.
- 11 Terminus idem an prorogari, vel abbreviari possit.
- 12 Scire qui debet, presumitur sciens.
- 13 Officiales an tempore syndicatorum teneantur sistere in loco syndicatorum vsque ad finem; vel per procuratorem.
- 14 Officialis de gestis ante, vel post, aut extra officium an conueniri possit coram syndicatore.
- 15 Personæ, quæ syndicatorum parere tenentur.
- 16 Administratores omnes rationem administrationis reddere debent.
- 18 Pactum quod Index non possit syndicari, de iure non tenet.
- 19 Summus Pontifex minimè syndicatorum.
- 20 Iudices in syndicatorum conueniuntur propter extorsiones, & angarias.
- 21 Extorsio quid sit.
- 22 Extorquens tenetur crimine concussionis.
- 23 Angaria non est licita iudicibus, & in quibus illa consistat.
- 24 Iudices tenentur subditos defendere, & non calumniare. Resisti an possit officiali causa honoris.
- 25 Index non tenetur pro verbis granibus in subditum causa corrigendi prolatis.
- 26 Calumniatores, qui dicantur.
- 27 Calumniare subditum, quando dicatur.
- 28 Iudices officia assumere non debent, vt quæstui de-

- seruiant, sed pro administranda iustitia.
- 29 Index dicitur esse publica tutela. Iudices nedum à malo, sed à suspitione cauere debent. Nimia familiaritas parit contemptum.
- 30 Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.
- 31 Index per calumniam inquirens ad quæ teneatur? Calumnia vera, & calumnia presumpta.
- 32 Index non debet subditos opprimere: & quot modis opprimere dicatur.
- 33 Pecunia per corruptelam iudici data an possit repeti.
- 34 Munera recipere, an liceat iudicentibus.
- 35 Munera quanta mala parturiant.
- 36 Munera à litigantibus nunquam accipienda.
- 37 Inhumanum est nil penitus recipere à spontè dantibus.
- 38 Munus magnum recipere sapit voracitatem Lupi.
- 39 Munera recipere quando liceat.
- 40 Vita integritas, & probitas claudit ora detrahentium.
- 41 Qui semel bonus fuit, semper idem presumitur, donec contrarium apparet.
- 42 Testis falsus, cuius probitas nota est, excusatur.
- 43 Statutum, quod officiales teneantur de neglectis & oblitis, qualiter intelligendum.
- 44 Index, qui in preteritis officiis probus fuit, talis in presenti presumitur.
- 45 Presumptiones male quando in iudice cessent.
- 46 Index qualiter excusetur sequendo magis vnam, quam aliam opinionem.
- 47 Causa semel à superiore aduocata, non potest cognosci nisi ab eo, & num. 259.
- 48 Rescripta impetrantes, tenentur exprime prouisiones ea de causa iam obtentas.
- 49 Nemo alieno nomine querelare potest officialem sine speciali mandato.
- 50 Ratificatio mandati quando non teneat.
- 51 Quod nullum est, nullum meretur effectum.
- 52 Sententia aliud est, & aliud exequi.
- 53 In causis quilibet, vbi dolus non est, nec barataria, iudices non tenentur in syndicatorum.
- 54 Sententia in dubio presumitur lata sine dolo, quod allegans probare debet.
- 55 Index, qui dubia excitat, aufert exceptionem doli.
- 56 Dubia res fit per negationem.
- 57 Opinio inter diuersas quænam sit amplectenda. Index ex quibus causis excusetur.
- 58 Index in syndicatorum potest sententiam defendere.
- 59 Index an teneatur de imperitia.
- 60 Curt. iur. op. in l. si quis in conscribendo, num. 46. C. de pact. veneranda. Causa conuentionis liquida, an retardetur per reconuentionem illiquidam.
- 61 Iudices de generali consuetudine non syndicatorum nisi de dolo, & barataria.
- 62 Statuta in materia syndicatorum qualiter interpretanda.
- 63 Memoriam omnium habere, & in nullo deficere vires humanas excedit.
- 64 Index quando in dolo esse dicatur.
- 65 Conscientia quædam describuntur.
- 66 Barataria quid sit, & à quibus probanda, & per quos.
- 67 Index de gestis per suum antecessorem non tenetur.
- 68 Quilibet tenetur pro sua culpa, & pro suo facto.
- 69 Prætor tenetur quando auet, & permittit sumum vendi.
- 70 Extorsiones illorum, qui vendunt sumum iudicis.
- 71 Index fugiens à syndicatorum, quando se reum faciat.

- 72 Iudex an, & quando teneatur de negligentia.
- 73 Industria electa, alteri non potest subdelegari.
- 74 Negligentia ob quam Iudex tenetur.
- 75 Potestas an, & quando pro familia teneatur.
- 76 Fuge casus fortuitus, non adscribitur culpe Praetoris.
- 77 Potestas dimittere famulum ante syndicatam, parit suspicionem.
- 78 Inquisitio scrupulosa damnabilis.
- Iudices in syndicatu sunt tanquam scopus ad sagittam.
- 79 Fraus quid sit.
- 80 Fraus difficilis probationis.
- 81 Passio nimia excæcat homines.
- 82 Linguae adulatoris quantum noteat.
- 83 Fraudulencia quam plures casus enumerantur.
- 84 Sal mixtum cum tritico.
- 85 Arma prohibita fraudulenter supposita.
- 86 Vulnerans seipsum data opera.
- 87 Vulnerans seipsum pena.
- 88 Delinquere in seipsum an sit minus punibile, quam in alium.
- 89 Fures tot quot frondes.
- 90 Calumniantium astutia.
- 91 Syndicatorum cura, & officium.
- 92 Dicenti bonam habere intentionem, non creditur nisi pateat.
- 93 Syndicatores an habeant merum, & mixtum Imperium.
- 94 Bannum de querelando officiales, an succedat loco Inquisitionis generalis.
- 95 Fideiussio præstanda de stando syndicatui.
- Cautio iuratoria an sufficiat.
- 96 Syndicator prudens quid facere debet.
- 97 Litigantes, & interestati sunt suspecti.
- 98 Syndicator bene informatus syndicatam bene gerit.
- 99 Syndicator erga officiales qualis esse debeat.
- 100 Iudicis bona fama multum valet in syndicatu.
- 101 Calumniare solitus, semper idem facere præsumitur.
- 102 Querelatores officialium succumbentes, redduntur infames.
- Calumniantium officiales pena.
- 103 Accusans officialem, & non probans omnia deducta succumbit.
- 104 Qualitates omnes in querela deducta sunt probanda, alioquin querelans succumbit.
- 105 Clausula, super quibus omnibus, &c. & clausula omni meliori modo, quid significent.
- 106 Clausula iustificativa & salutaris, non releuat querelantem officiales.
- 107 Probationes contra officialem in syndicatu quales esse oporteat.
- 108 Probatio quando clara dicatur, & quando reddatur dubia.
- 109 Probationes imperfectæ contra officialem non coniunguntur, & num. 111.
- 110 Testes contra officialem in syndicatu, qui esse non possunt.
- 111 Iuramento suppletorio contra officialem locus non est.
- 112 Testes de familia iudicis, & pro iudice, an admittendi.
- Priuatim an pro priuatis delictis, in quibus non habet interesse, admittitur vti vnus de populo.
- 113 Accusare de publico iudicio quando non potest.
- 114 Accusatorum malignitas in quantis versatur.
- 115 Patrocinium ad offensionem præstare non est laudabile.
- 116 Rustici prætextu ignorantia non excusantur, querelantes indebitè officiales.
- 118 Querelandi officiales modus iniuste reportus.
- 119 Acta syndicatus debet gratis officialibus edi.
- 120 Cautela pro tollendis varijs grauaminibus tempore syndicatus.
- 121 Cessante causa, cessat effectus.
- 122 Syndicator tenetur ex officio originalia reuideri.
- 123 Accusans officialem, & contra illum exhibens ceterarum processuum non auditur, nisi in specie doceat, in quo loco sit grauatus.
- 124 Acta rem notoriam facere.
- 125 Actorum copia danda petenti, & non inuito.
- 126 Frustra proiudetur vbi non expedit.
- 127 Accusator ipse tenetur edere syndicatori, ea, quæ sunt fundamentum suæ intentionis.
- 128 Officialis non potest cogi recipere copiam Actorum.
- 129 Syndicator cui nihil constat contra officialem, tenetur statim illum liberare.
- 130 Syndicatores in statu Mediolani in consilio Senatu, non possunt ad expeditionem deuenire.
- 131 Copia probationum est danda officiali, per quas grauatur, aliter secus est, nisi velit.
- 132 Publicatio processus est de ordine iudicij.
- 133 Publicatio processus non est necessaria iudici, coram quo processus fuit fabricatus.
- 134 Syndicator pro minori dispendio officialium, quid agere debeat.
- 135 Syndicator retardans expeditionem, tenetur ad damna, & interesse.
- 136 Præsumptio est in fauore iudicij.
- 137 Damnum aduertere est magis utile, quam soluere animo repetendi.
- 138 Officialis à syndicatu absolutus, amplius molestari non potest.
- 139 Officialem offendens tempore syndicatus, pena capitali est plectendus.
- 140 Iudex in syndicatu an torqueri possit.
- 141 Officiales iniuria affici, res mali exempli est.
- 142 Iustitia, quæ contraria esse dicantur.
- 143 Cosmi Medices egyptium exemplum.
- 144 Audacia subditorum temerariorum reprimenda.
- 145 Cautela ad solatium officialium.
- 146 Officiales ambitiosi, ementesque officia non merentur excusari.
- 147 Officia ementes carius iustitiam vendere curant.
- 148 Ementes officia, animum præsumuntur habere vendendi iustitiam.
- 149 Officia in statu Mediolani emi non possunt, fallit.
- 150 Honos debetur pro bene administrata iustitia.
- 151 Libelli prætorij forma nouissima tempore syndicatus.
- 152 Syndicator præsumitur scire ea, quæ ad eius munus, & officium spectant.
- 153 Facta tenent, & quando non.
- 154 Praetor pro famulis, & familia, an teneatur.
- 155 Potestas an teneatur exhibere famulum.
- 156 Procurator constitui potest tempore syndicatus.
- 157 Clausula citra præiudicium, in principio posita.
- 158 Tacens in iudicio an habeatur pro consentiente.
- 159 Verbum (asseritur) quid importet.
- 160 Banna Praetorum ante syndicatam, an releuent.
- 161 Syndicandi forma in statu Mediolani.
- 162 Srylus contra statutum nil operatur, quid contra consuetudinem, & quid contra rescriptum.
- 163 Syndicator gerit vires ordinarij, & muneris syndicatoris: & quid de salario.
- 164 Syndicator circa originalia, criminalium, quid obseruare debeat in earum reuisione.
- 165 Syndicatoris diligentia.
- 166 Inquisitio generalis contra officiales quando.
- 167 Inquisitio generalis inserta ad specialem.
- 168 Inquisitiones secretæ contra officiales.

- 169 Inquisitio scrupulosa contra officialem reiicienda.
- 170 Negligentia ex quibus Iudex teneatur.
- 171 Iustitia qualiter denegata, & non denegata dicatur.
- 172 Iudex propter breuem instantiam an possit breuiare, & cumulare terminos.
- 173 Instantia inest in qualibet causa.
- 174 Dolosi, & baraterij qui dicantur.
- 175 Corruptentium officiales pena.
- 176 Reuelans seipsum primum non constituitur.
- 177 Prator qui facit, quod sui antecessores fecerunt in officio, excusatur, dummodo non sit de se malum.
- 178 Sententia iudicis renouata, tenet ab eo defendi.
- 179 Iudex ob diuersitatem opinionum non tenetur in syndicato.
- 180 Culpa lata aequiparatur dolo.
- 181 Verbum, non constat, qui importet.
- 182 Clausula, cum debita reuerentia, captat beneuolentiam.
- 183 Honos, & bona fama praevalent diuitijs.
- 184 Cautela abundans non nocet.
- 185 Exceptio iurisdictioms.
- 187 Tales quales, sunt qualitates istae probandae.
- 188 Tempus destinatae conclusionis totum cedit iudici ordinario.
- 189 Casus in quibus durante officio officialis conueniri potest.
- 190 Syndicator, quae obseruare debeat pro munere sui officij.
- 191 Officialis timens Deum, praesumitur recte omnia agere.
- 192 Officialis probus est laudandus pro bene administrato officio.
- 193 In claris non est opus coniecturis.
- 194 Ignorantia non cadit in personas literatas.
- 195 Memoriam omnium habere est impossibile.
- 196 Facta etiam prudentissimos homines fallunt.
- 197 Officium assumens, qui se inhabilem cognoscit, remouetur.
- 198 Processus carens iurisdictione, tenet quando non est oppositum.
- 199 Accusator offensus potest agere ad damna, & expensas, etiam post sententiam condemnatoriam.
- 200 Relaxatus pro vna causa, an pro alia sit renouandus rebus stantibus.
- 201 Querelans officialem de eo quod sua non interest, dolo non caret.
- 202 Clausula, ad omnem bonum finem, & effectum.
- 203 Clausula, ex nunc, prout ex tunc.
- 204 Accusator an satisdare teneatur.
- 205 Condictio de damnis, & interesse, qualiter fienda.
- 207 Iniuria facta officiali grauius punitur, quam facta priuato.
- 208 Solutus querelare, & succumbere, nullo modo excusandus est.
- 200 Fisco praesente nullus pro eo comparere potest, secus absente.
- 210 Collusio vitiat acta, & gesta omnia.
- 212 Iuramentum veritatis, & calumnie.
- 213 Iudex quomodo excusatur, si captiuam sine indicij concesserit.
- 214 Scachum qui committere dicantur.
- 215 Iudex si in iudicio aliquid iniuste iussit, praesumitur potius deceptus, & circumuentus, quam per dolum iussisse.
- 216 Iudex ex causa iusta audientiam denegare potest.
- 217 Impedimenta ex quibus Iudices excusantur, si non expedierint.
- 218 Querela dicitur calumniosa, quando tendit super futuro grauamine.
- 219 Appellatione pendente pro sententia praesumitur.
- 220 Appellatione pendente Iudex querelari non potest pro sententia.
- 221 Forensis an querelare possit iudicem in syndicato.
- 222 Ignori ad querelandum non admittuntur in syndicato.
- 223 Bannitus quouis modo non admittitur ad querelandum in syndicato.
- 224 Bannitus an testis esse possit.
- 225 Res iudicata pro veritate habetur.
- 226 Peritrus non admittitur ad accusandum.
- 227 Infantis ab accusando repellitur.
- 228 Ab accusando, qui repellantur.
- 229 Testes interestati, qui sint.
- 230 Testes, qui non admittuntur pro alio, tamen contra seipsum admittuntur.
- 231 Capturati non sunt idonei testes contra potestatem.
- 232 Congregati contra Pratorem non sunt testes (tempore syndicati) contra eundem admittendi.
- 233 Potestas semel querelatus coram superiore, non potest iterum.
- 239 Testes contra officialem in syndicato, omni exceptione maiores.
- 240 Qualitas deducta probari debet contra officialem, alioquin accusans succumbit.
- 241 Officiales de generali consuetudine, de quibus syndicentur.
- 242 Doctor iura scire praesumitur.
- 243 Iudex errans circa statutum, an & quando teneatur, quid circa consuetudinem, & quid procedendo de similibus ad similia.
- 244 Similia qua dicantur.
- 245 Potestas an de gestis extra officium possit syndicari, num. 14.
- 246 Clausula non aliter, nec alio modo.
- 247 Iudicare per iniuriam, qui dicatur.
- 248 Iudex errans ex causa probabili, non tenetur in syndicato.
- 249 Ordo Mediol. circ. syndicatus.
- 250 Syndicatus causa est summaria.
- 251 Absolutio, & condemnatio intra tempus instantie fieri.
- 252 Calumniosi contra officialem ad quid teneantur.
- 255 Accusator, vel instigator contra officiales.
- 256 Syndicatoros tenentur omnino condemnare calumniolos.
- 257 Famulus arguit dominum de calumnia, quando fert querelas syndicatori contra officialem in syndicato.
- 258 Calumniatores qui sint, & ad quid teneantur.
- 259 Haeres pro defuncto, de quibus teneatur pro causa criminali.
- 260 Pena iniuriarum tenetur calumniosus querelator contra officialem.
- 261 Libellum famosum contra officialem affigens, quae pena puniatur.
- 262 Iniuria officiali facta, an censeatur in dubio facta vti officiali, vel tanquam personae priuatae.
- 263 Iudex tenetur condemnare succubentem in expensis quando petitur.
- 264 Protestatio ante, vel post diuersos effectus parit.
- 265 Clausula non tantum dicto modo, quid operetur.
- 266 Clausula non se adstringendo.
- 267 Clausula protestans, potius velle carere exhibitis.
- 268 Domicilium eligere, qui teneatur, quando, & qualiter.

- 269 Officialis electus Civis efficitur.
 270 Curatio est necessaria ad omnes actus praeiudiciales.
 271 Relationes quae per iudicantes fieri solent ad superiores.
 272 Cautela est offerre copiam relationis fiendae ad superiores.
 273 Accusatio falsi est popularis.
 274 Falsus accusator contra officialem, est capite puniendus.
 276 Melius est errare in tempore, quam in sententia.
 277 Oblatio quantum proficit.
 278 Clausula, protestans per se non stare.
 279 Syndicatores, ut rectum syndicatam faciant, ad quae animadvertere debeant.
 280 Syndicatores etiam tenentur reddere rationem sui officij.
 281 Factum a maiori parte tenet.

DE BRACHIO REGIO

P A R S Q U I N T A.



Egitur in Lib. 1. Reg. cap. 12. Samuelem Prophetam sanctum Iudicis officio perfunctum, postquam Dei iussu Israelis populo Saulen Regem constituisset, quasi suae procuratoris rationem redditurus sic ad uniuersum Israelen dixit: Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum: si oppressi aliquem: si de manu cuiusquam munus accepi; & contempnam illud hodie, & restituum vobis. Ex quo loco tempus, modum & causas syndicandi mirifice colligere possumus, & personas quodammodo, quae syndicare debent: quem locum post haec aduertit penes Parid. de Put. in trac. syndicatus in euidentiali tactum fuisse primo, & gauisus sum.

1. ¶ Primo igitur de tempore syndicandi colligitur, quod finito tempore officij, & non pendente officio, Iudices & officiales syndicandi sunt, iux. l. inciuiile, ff. de leg. & per Clar. §. fin. quæstio. 16. versic. praterea, & ibi addit, vbi pariter allegat Put. eod. tracta. in verb. durante officio, & Nigr. in cap. 132. num. 71. de syndic. qui decem fallentias ponit, & Florentium in uol. 3. Statutorum, Rubr. 96. cauetur quod officiales forenses, non possint molestari durante officio, nisi tempore syndicatus, ui. A. fin. pract. §. 2. cap. 17. num. 9. & quidem officialis durante officio syndicare non debet, nisi de barattaria, & alijs causis, ob quas officio priuari potest, ut testantur Clar. loc. cit. & Boss. in tit. de offic. corrupt. pecun. num. 34. & vi. Barbat. c. ex literis, num. 24. ext. de Constitut.
2. ¶ Vnde minus laudabiles sunt, qui tam frequenter, ac facile aures querelis, & querelantibus præbent (munere officij adhuc vigente) contra Iudices, qui dum hilari animo, & alacri studio, ac viriliter demandatam sibi prouinciam totis neruis administrant, à calumniantium iniquitatibus vexantur, turbanturque, imbecilles fiunt, viribus carent, tali impedimento nesciunt quid faciant, & officium vilescit, nec non iudicij, & iustitiæ ordo præposteratur, tot tantisque nugis, & querelis. Hinc animi languor, non sinit facere bonum affert damnum in rebus, & honoribus, contra tex. l. iustè, §. cum qui, ff. de

vsucap. Bolog. consil. 4. num. 26. ea ratione, quia non est danda afflictio afflictio, nam satis Iudex affligitur, dum studet, dum audit, dum torquet, dum indicat, & languor ad eum occupat animum officialis, quod impedit ne possit exercere per seipsum, nec per substitutum, l. viam veritatis, ff. locat. idem in clerico. & in feudo, vi. Bolog. d. consil. 4. per tot. Hinc est, quod subditi dum timore pœnæ ad meliorem fugem reducendi sunt, ¶ contrarium succedit: & cum prouincia expurganda est malis hominibus, & delicta punienda, tunc eò magis valenter peruersi homines contra probos Iudices, & temeritatem suam produnt, & contumaciam propalant: Iudex verò bonam existimationem perdit, & attonitus, atque percussus, vt ferè mutus euadit, quia vbi non est ordo, ibi confusio, §. inordinatum, vbi glos. in auth. de hæred. & falcid. Porro sunt incompatibilia, iudicem eodem tempore iustitiam administrare, & syndicare, ¶ quoniam in promiscuis actibus non debent turbari officia, l. consulta diuina, C. de test. not. Vant. de nullit. ex defect. iurisdic. num. 43.

3. ¶ Nec agere, & pati in eodem subiecto simul stare possunt, secundum notata Bald. in l. si uxor tua, C. de bon. auth. iud. pos. licet secus sit secundum Philos. ¶ Nam tanquam officiales eligantur, tunc tempus est querendi exactissime de uita, & moribus, ut dixi in 4. par. sub num. 563. quia ferè Medicina paratur, sed electione facta, non debet amplius displicere alio non constituto, Dyn. in cap. quod semel, num. 12. de reg. iur. in 6. quoniam Iudici fauendum est, l. cum ratio, ff. de bon. damn. l. Diuo Marco, C. de quæst. ¶ Virtus enim officij stat in mantentione, arg. l. si Prætor, de Iudic. Hinc facti sunt quamplures tituli rigorosi contra contempnentes Iudices, ut ff. si quis iudic. non obtemp. & ff. si quis in ius uoc. non ier. & in Auth. ut omnes obe. iud. Prouinc. cum similibus. & prædicta procedunt, cum officiales sunt pro certo tempore electi, & non sunt perpetui, vel ad beneplacitum, A. mad. de syndic. num. 42. Veruntamen non denegantur per hoc opportuna remedia subditis, & literæ prouisionales, quibus indies passim litigantes indigent, l. 1. C. de prec. Im per. offeren. ¶ Sed aliud est prouidere indemnitati subditorum, aliud est perturbare Iudices in ære, in animo, & in officio ante tempus syndicatus; & in ijs, quæ celeritatem desiderant, potest prouideri, quoniam etiam de facto resisti quando damnum est irreparabile, iuxta ea quæ latè dixi in 2. par. nu. 42. cum mult. seq. At quando potest subditis prouideri, & honori, & dignitati officij consuli, hoc semper curandum est, ne Iudex cadat, dum stare, & sustineri debet, & uulgi fabula dicatur, facit Put. de synd. in uer. Iudices, cap. 2. Bald. in l. quamuis, ff. de condit. & demonstr. & infra latius dicam, & eò magis, cum Iudex ab initio satisfecit de stando, & patendo syndicatui, per ea quæ tradit nouiss. Mulcatell. Regnicol. in sua pract. crim. par. 1. mod. 14.
9. ¶ Secundò ex dicto capitulo sumitur in fine, quod instantia, seu tempus syndicatus non debet esse prolixum, imò breue, ibi, hodie contempnam, & restituum uobis; quamuis de iure communi videantur assignati dies quinquaginta, quibus stare tenentur syndicatui, l. meminisse, in princip. ff. de offic. Proconsul. & Put. de syndic. per illum tex. in uer. Iudex ad syndicatam, cap. 2. nu. 17. Rondinel. eodem tract. de syndic. num. 99. & 100.

& 100. Verum in hoc seruabitur ordo, aut stylus
 10 Provinciæ. † Terminus uerò datus ad querelan-
 dum dicitur peremptorius, cap. Pastoralis, de ex-
 cept. Dyn. in cap. indultum, de reg. iur. in 6. Bart.
 in l. si finita, ff. de damn. infect. & propterea in
 edicto dici debet, quòd terminus, puta quinde-
 cim dierum, datus ad querelandum est perem-
 ptorius, vel quòd eo elapso amplius non reci-
 piuntur querelæ, vel querelantes non audiuntur,
 Rondinel. propè fin. Bart. in l. Mancipiorum, ff.
 de opt. leg. Ang. in l. Titia, ff. de accusat. Gomef.
 11 de delict. cap. 1. num. 25. † tale tempus non po-
 test ullo modo prorogari, l. fin. d. furt. l. 1. ff. de
 dilat. Rondinel. vbi supra, num. 101. & 285. Boss.
 de offic. corrupt. pecu. num. 32. & male syndica-
 tores se habent, quando per iudicem non stetit, si
 prorogant terminum ad querelandum, Non ob-
 stat, quòd ratione absentia, vel ignorantia ban-
 ni, seu edicti ad querelandum, adhuc quis trans-
 acto termino audiri possit, secundum Pureum in
 verb. iudices ad syndicatam, cap. 5. num. 3. & 4.
 quoniam in practica id receptum non est, & qui-
 dem optima ratione. Nam qui affectus ab offi-
 ciali laesus tenetur explorare de tempore syndi-
 catus, cum certum sit iudicem finito officio te-
 neri reddere rationem suæ administrationis, vt
 supra dictum est, & ideo opportunè comparere,
 vel procuratorem mittere debet, arg. l. 1. vbi gl.
 12 & DD. ff. si quis cautio. † & qui scire debet, pre-
 sumitur sciens, l. quod te, vbi DD. si cert. per. &
 saltem in porrigendis querelis tal. tempus pro-
 rogari non debet, Bart. in l. 2. ff. de re iud. & in
 l. 1. Cod. vbi omnes caus. Put. de syndic. cap. 6. in
 13 verb. iudices ad syndic. † Et vice uersa officialis
 tenetur morari, & sistere in iudicio, seu in loco
 syndicatus usque ad finem, si pro causa criminali
 querelatus est, vbi pœna corporis ingeritur. Scap.
 in suo tract. iur. non script. lib. 3. tit. de iudic. c. 20.
 & interim ad officia, & honores promoueri non
 debet, l. reus delatus, ff. de muner. & honor. l. 1.
 C. de reis postul. lib. 10. idem cum de maiori par-
 te bonorum lis sit, Alin. pract. in princ. cap. 6.
 num. 8. Caball. casu crim. 121. secus vbi pœna pe-
 cuniaria, vel si ageretur ad damna, interesse, &
 expensas: nam tunc potest discedere, procura-
 tore relicto, & responuone data querelis, vt per
 practicantes dicta à Muscatel. in d. pract. crim.
 par. 1. mod. 14. sub num. 9. & 10. multò magis si
 aliunde ad aliud officium, durante syndicatu in-
 terpellaretur, Muscatel. vbi supra num. 6. Ang.
 in auth. de collater. Rondinel. de syndic. nu. 109.
 & seq. & Put. in verb. procurator, cap. 1. vbi vide,
 & ita Genuæ seruari vidi in causa syndicatus D.
 Vulpellandi Iudicis Rotæ, anno 1598. vide in-
 fra num. 95. & cautela erit, quòd officialis soluat
 pœnam antequam condemnetur, quia euitabit
 inconuenientia multa, & præsertim non impe-
 dietur suscipere nouum officium, l. si reus para-
 tus, & ibi Bart. & Ang. de procurat. Rondinel.
 de synd. num. 244. post hæc edita Caball. Caf. cri.
 56. sub num. 97. & nota aliam cautelam, quòd
 dum arctatur ad fideiubendum de parendo syn-
 dicatu fideiubeat de Iudicatu soluendo pro eo,
 quòd iudicatum fuerit ab eo. Nam finito tem-
 pore si non iudicauerit; Iudex & eius fideiussor
 liberati remanebunt, l. 3. ff. de iudic. Gomef.
 de delict. cap. 8. num. 5. Put. d. tract. in ver. suc-
 14 cessor. cap. 2. num. 5. † Et Put. mox allegatus in
 fin. notat, quòd officialis de gestis ante, vel post
 officium, aut de gestis extra officium durante of-

ficio, non potest conueniri nisi coram suo iudice
 ordinario, vt tenet Bald. in l. 2. C. vbi de crim. agi
 oport. Catal. de syndic. num. 24. Rondinel. num.
 276. Capel. Tolos. decis. 423. Grauat. ad Vestr.
 pract. lib. 3. cap. 9. num. 2. Ial. in l. 2. num. 1. ff. de
 in ius voc. Cassan. in consuet. Burg. fol. 305. num.
 35. vbi an ab ordinario possit puniri, Baiar. ad
 Clar. quest. 38. num. 89. & Marc. decis. 683. lib. 1.
 15 † Terriò ex ipso tex. colligere possumus perso-
 nas, quæ censura syndicatus obnoxia sunt; quæ-
 uis enim Samuel fuerit sanctus, & absque pecca-
 to, tamen ad instructionem aliorum hominum
 huius seculi, speculatiuè loquendo de personis
 reprehensibilibus, voluit sub syndicatu stare,
 quantò magis debent inferiores Regum & do-
 minorum, auri. multò magis, C. de Sacrosanct.
 Eccles. nam septies in die cadit iustus, vt notatur
 etiam in auth. de non alie. vel permut. re. Eccles.
 §. alienat. collat. 2. & per Accurs. in princ. Instit.
 16 de iust. & iur. † Quicumque igitur, qui curam
 aliorum gerunt, rationem administrationis red-
 dere debent (licet diuersimodè) l. 1. C. vt omnes
 caus. tam ciuil. quam crimin. Ideoque non so-
 lum Praetores & Præsides, sed etiam viri clarissi-
 mi, & habentes maiorem administrationem,
 etiam si sint Comites, Duces, vel Aula Imperi-
 alis officiales, Præfecti militares exercitus Im-
 perij, aut consiliarij eiusdem, de quibus par. 4.
 num. 564. omnes huic censura obnoxij sunt, per
 illum tex. l. 1. C. vt omnes caus. &c. & ita ob-
 seruatum fuisse testatur Put. de synd. nu. 11. & 12.
 18 † Quinimò pactum esset contra bonos mores,
 si Prætor aut Iudex eligeretur sub ea conditione,
 vt non possit nec debeat stare, aut parere syndi-
 catus, vt inquit Put. in verb. electio officialium,
 cap. 1. in princ. Afflict. super constitu. volumus,
 num. 4. & minoribus, num. 6. & consuetudo est
 19 in contrarium. † Solus enim Pontifex Max. à
 nullo syndicatur homine, vt legitur in cap. pro-
 positus, de concess. præben. cap. nemo, cum tri-
 bus seq. 9. q. vlt. nam soli Deo tenetur reddere
 rationem.
 20 † Quarto principaliter ex eodem tex. colligi-
 tur, quòd iudices tenentur de extorsionibus, &
 angarijs indebitis, & exactionibus insolitis, ibi:
 Vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut alinum.
 Extorsio quidem vim sapit, & sonat in vitium,
 Clement. 2. §. sanè, vbi Cardin. de pœn. An-
 garias verò non licet iudici imponere, immò
 prohibetur, quia sunt propriè de reseruatis Prin-
 cipi; cap. 1. tit. quæ sint regal. de feud. Boss. eo.
 21 tit. de angar. † Extorsio tamen dicitur fieri, quan-
 do Iudex cogit aliquid sibi dari, quòd non est
 debitum, vel quòd est ultra debitum, vel ante
 tempus petitur id, quòd post administratam ius-
 titiam debetur, l. si seruo, ff. de hæc. instit. ibi
 in verb. extorquere, & Put. de synd. in verb.
 electio officialium, cap. 1. num. 4. & 17. & in
 verb. Iudex, cap. 2. num. 11.
 Adeò, vt nec minimum quidem peti debeat,
 sub quouis etiam licito prætextu, quando illud
 non est permillum; quòd facit contra quosdam
 administratores, qui subditis mandant, vt vinu,
 triticum, ligna, caseum, ac alia emant pro ipsis,
 quibus receptis soluere obliuiscuntur, vel obli-
 ti finguntur: secus si spontè aliquid datum sit, &
 non petitur, quòd saperet naturam honorarij.
 22 † Nam quædam honestè accipimus, quæ inh-
 onestè petuntur, vt de muneribus infra dicam;
 Sed ille, qui extorsit etiam à dare volentibus, re-
 netur

- netur crimine concussionis ad restitutionem quadrupli, Spec. in tit. de falsar. §. 1. nu. 5. vers. sed quid, & nu. 12. vers. sed nunquid, per l. fin. C. de crim. concuss. & etiam punitur, ut dicit Bal. in l. si qua, C. de bon. liber. l. generaliter, C. de calumniator. Nec mirum si Samuel statim seipsum
- 23 obrulit, ad restituendum. † Nec licitum est officialibus angariare, seu vexare subditos expensis, & equis, etiam causa caualcata, ut in 2. par. tractum est, nu. 69. Put. in verb. iudices, c. 5. in princ. & melius in c. 7. num. 1. 2. 3. & 4. Rondinel. cod. tract. de synd. nu. 59. & 60. & seq. Guid. Pap. sing. 13. & Decif. 457.
- 24 † Quinto sequitur in text. si quempiam calumniatus sum, ex quibus verbis datur intelligi, quod Iudices, & qui alijs praesunt, subditos indemitas conseruare tenentur, nedum quoad res, verum etiam quoad personas, & honores, l. cum ratio, §. penul. ff. de bon. damnata. §. consideremus, in Authet. ut Iudic. sine quo. suffrag. Nec debent subditos verbis iniuriosis, & contumeliosis afficere, ut supra notauimus in 4. par. num. 533. cum plur. seq. Hinc dixi, quod officiali honoris causa resisti potest iniuste vexanti, quia scriptum est, Qui confidens conscientiae suae famam negligit, crudelis est, c. nobis, 12. q. 1. † Sed iudex, qui recta intentione animo corrigendi verbum quandoque graue, & acerbum protulerit, non tenebitur actione iniuriarum, Oldr. conf. 13. Nat. conf. 462. nu. 20. Felyn. in c. cum te, col. fi. in fi. de senten. & re iud. Put. in verb. iudices; c. 6. nu. 9. & sic
- 26 in proposito, † non tantum calumniatores appellantur, qui falsa crimina intendunt, l. 1. §. 1. ff. ad Senatufc. Turpill. Menoch. de arb. cas. 321. sed etiam, qui calumniati permittunt. Nam per se facit, qui per alium facit, Dyn. in reg. qui per alium, de reg. iur. in 6. Put. in verb. syndicatorum officium, c. 1. nu. 2. Et propius accedens, tunc † Iudex calumniari dicitur subditum, cum falsam, & sinistram relationem, seu informationem inique facit ore tenus, aut in scriptis coram superiore, ad effectum ut male de eo audiatur, vel ut causam amittat, aut supplicata non obtineat, & sapere fit, ne in ipsum iudicem culpa conijciatur, quando boni et pacifici subditi odio a malis iudicibus prosequuntur, eo quia cum eis pudet eos conuersari,
- 28 & eorum cupiditatibus adherere nolunt; † Nam iudices non debent officia assumere, ut quaestui, & pecuniae deseruiant, Puteus in ver. officium, c. 1. in princ. sed solum iustitiam diligere, l. per illi
- 29 citum, C. de cohar. † Quandoquidem iudex debet esse publica tutela in medio posita, ne quis propria autoritate ius sibi dicat, l. nullus, C. de iudic. & ipse non debet declinare a dextris, neque a sinistris expeditque non solum abstinere a malo, sed a suspitione mali, l. apertissimi, C. de iudic. glo. sing. in §. quoniam, in auth. de trien. & semiff. hinc Florētīe per statuta in 3. lib. Rub. 106. & 107. prohibetur histriones, & mulieres intrare in Palatium, & faciunt, quae sup. dixi in prima part. numer. 221. Samuel etiam statim obtulit se contemnere munus, id est, integrum ei cuius est reddere, & calumniam detestari, quasi publice adiurare si quempiam calumniatus sit: honorem quae, famam, ac rem statim restituere, vide supra
- 30 in 4. p. num. 210. vers. sed iudices. † Sciens quod non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, c. peccatum, de reg. iur. in 6. bene facit Ludo. Carbo. in suo tract. de restitu. omn. rer. quaest. 14. & quaest. 16. 17. & 18. quibus in locis qualiter
- 31 sint restituenda haec, honor, laus, & fama, & quaest. 64. & seq. vbi late de restitu. rerum. † Iudex qui per calumniam inquirat, tenetur ad damnationem & interesse, de quibus per Carbo. d. tract. quaestio. 65. & punitur criminaliter, si verè cognoscit per calumniam inquirere, secus si praesumptiue, Farinac. de accus. q. 16. nu. 25. & 26. & ille dicitur in vera calumnia, qui format inquisitionem, & il lam sine indicijs transmittit; per ea quae adducit Farinac. mox adduc. nu. 27. idem in tit. de delict. q. 17. nu. 29. vsque ad fin. vbi multum tribuit iudici nostro, & Menoch. de arbit. q. 70. Cepol. in authent. sed nouo iure, nu. 56. C. de ser. fug. vbi enumerat triginta casus, in quibus Iudex magni arbitrij non tenetur in syndicato, & a calumnia exculatur inquirendo ad denunciam, Ang. in l. si vacantia, num. 106. C. de bo. vacant.
- 32 † Sexto dicitur in text. si oppressi aliquem, quod multis modis contingere potest, videlicet in persona, ut quando Iudex iniuste capturauit, ut late dixi in 2. par. vel iniuste torfit, ut in 3. par. antequam ulterius progrediar, nolo omittere quod de tortura qualis, ac quanta fuerit, statur actis Curiae, ut supra in d. 3. par. nu. 60. & in verb. tortura est de processu, Menoch. de arb. Iud. cas. 340. nu. 10. & 11. Mascari. de probat. late cōcl. 1384. Boff. de tortu. nu. 48. vbi remissiuè, & probatur etiam confessione rei, & per eius vociferationem, per famam, & alia, de quibus per Marcel. Cal. tract. de mod. artic. nu. 713. cum seq. vbi num. 718. ait, non esse ista indicia sufficientia ad condemnandum Iudicem in syndicato, Item quod quis verè fuerit tortus probatur per signa ligature, vel ignis, aut talia stigmata, Foller. in ver. informationes capiat, nu. 16. Put. de syndic. in verb. tortura 111. c. 5. nu. 1. 2. 3. & seq. sed alia probationes, ut clamor, dictum torti, assertio officialium, aut vicinorum, vel sociorum criminis, & carceratorum, de quibus loquitur Put. vbi supra possunt esse, & non esse vera, l. non hoc, C. vnde cogn. Nam Iudices quorum conscientia est in mansupio, & avaritia pollet, quandoque fingunt reos torquere, & non torquent, & isti latroneatores (seu latrones, ut nomina sint consona rei, §. est, & aliud, Instit. de donat.) erciant foras barbaros, ipsi soli manentes in loco torture, & humero tortum sub pedibus sustinent, & aiunt, increpant, & persuadent clamore valido, ut reus fateatur; At sub silentio consilium praebent dicentes tortis, ut ad sydera exclament, ut audiantur ab illis, qui foris stant, & credant illos tortos acriter pati in tortura; & quandoque sub praetextu magis indagandae veritatis tormentum cabalatae addunt, & cum barbari extra locum torture iussu Iudicis manent, clauso ostio, puluiculus sub podice torto Iudices supponunt, instruunt illum, ut exclamet valide, aut quandoque sub praetextu quod torquendus sit in habilis tormento funis addunt ignem, sed prius pedibus oleo saxi unctis, vel aliter, ut ignis non officiat, sicque ijs, & similibus vituperosis modis nocens absoluitur, & Iudex in aeternum damnatur; Quare clamant iusti, etue nos Domine de necessitatibus nostris, & sane qui talia faciunt digni sunt rigoroso examine, & syndicato Tortura autem in dubio praesumitur moderate illata, vbi infra numero 78. & per Baiard. ad Clar. quaestio. 64. numero 108. est text. in l. Herennius, §. Caia, ff. de euect. & Ang. in l. 3. C. de adulter. Excessus verò torture aequiparatur potius culpa, quam dolo, Felyn. in c. cum non ab homi-

homine, in fin. de iudic. & præsumitur Iudicem excessisse per imprudentiam, Put. in verb. tortura, cap. 5. & Boff. in tit. de tortur. num. 37. Item Iudex dicitur opprimere partem, contra quam ea inaudita sententiam tulit, res enim pessima est, l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Vant. de nullit. ex defect. cit. Put. in verb. appellatio. cap. 1. 2. 3. & 4. & in verb. sententia, cap. 1. & multò magis dicitur oppressisse, si iustum occidit, quia tenetur pena capitis, cap. 1. de homicid. Item opprimere dicitur, quando ob fauorem, pretium, amorem, vel odium ius dicit, aut iudicat contra iustitiam, secundum notata in 4. p. sub nu. 541. & facit Rondinel. de synd. nu. 42. & seq. Item opprimit quando pauperibus, viduis, pupillis, orphanis, & alijs miserabilibus personis in dubio fauorabilis, & protector non fuit, l. fauorabiliores, de regul. iur. latissimè Tiraq. in tracta. de priuileg. piæ caus. per tot. vel si in iudicio æqualitatem non seruauit, contra l. 1. C. de fruct. & lit. expens. & l. in Iudicis, de reg. iur. Item si permiserit potentes præualere, Amad. de syndic. nu. 159. & permittit se, aut testes pecunia corrumpi, & tenetur nedum ad restitutionem, l. 1. & l. eadem, cum l. sequ. ff. ad leg. Iul. repetund. sed debet pati pœnam corporis afflictiuâ, vt in dictis iuribus, & pecuniæ, vel aliarum rerum. ¶ Quæ tali modo data repeti à dante minimè potest, sed applicatur fisco, Rondinel. d. tracta. nu. 55. per l. 1. ff. de iur. fil. vel potius restituenda est pauperibus, Nauar. cap. 17. Manu. consil. 5. restitutio. 1. At qualiter Iudex liberi, & amplii arbitrij possit excusari in syndicato ab huiusmodi, vide Farinae. de indic. & tort. q. 74. 75. & 76. vbi ferè de Iudice nostro loquitur.

33 ¶ Septimò innuit tex. non esse licitum munera accipere etiam à spontè dantibus, quoniam munera placant homines, cælos, Deoq; vt apud Ouid. Nam filij Heli, qui munera acceperunt, malè iudicauerunt, vt in 1. Reg. c. 8. nõ autem Samuel, vt in eo. lib. c. 10. ¶ quia munera excæcant lumina Sapientum, & mutât verba Iustorum, Deut. 16. Eccl. 20. & tollunt animum accipiētium, & munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij. ¶ Et munus absconditū iustas iras extinguit, & qui dat munera victoriam, & honorè recipit: vā autem illi, qui contra innocentem munera accipit: de ijs omnibus apud Afflict. super constit. Capitaneorū 15. not. & in rubr. 5. 2. nu. 5. Quare omninò abstinendum est à receptione munerū, præsertim à litigantibus, qui dant munera, non charitate, & beneuolētia, sed per corruptionem, & qui dat Iudici vnam gallinā, ea intentione dare præsumitur, vt ab eo recipiat bouem; sed Iudex debet habere manus mūdās, Auth. vt Iud. sine quo. iuffrag. facit quæ dicta sunt in 2. par. nu. 153. 154. & 155. Caball. Milleloq. 981. p. 2. vbi à partibus quidquam accipi non debere; idē Milleloq. 982. vbi nec pecuniā pro iusta ferenda sententia, quia venalis appellaretur idem Milleloq. 702. referens verba Imp. Theodosij, in Rubr. de offic. Rector. Prouinc. Cōtra & aduersus Iudices rapaces qui vellēt omnia inglutinari pro se suisq; tantū, Quinimò officiales non potest emere, nisi ea quæ rārum victui sunt, & vestitui necessaria, & alia quæ sui Antecessoris erāt, Afflict. de alie. feu. Car. 69. nu. 12. At qui prædia, & suburbana emerunt non modicam suspiciōē contra se ipsos dederunt, præsertim emulis; ipse vero sunt anni 30. quod officijs vaco, & nil emi permanens hactenus. Nõ sic qui anferem sine strepitu, & figura Iu-

dicij pilant, & reponūt in marsupio, & recondūt in horreo; at de ijs scriptum est, de male quæsitis non gaudebit tertius hæres, & quod non capit Christus rapit fisco, an autē officialis præsumatur diues effectus de bonis publicis, dixi supra sub nu. 375. p. 4. Barbat. cōf. 39. nu. 7. uo. 4. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 3. Cauale. Decis. 37. p. 5. Verum enim verò officium, & discretio pari passu ambu-

37 lāt, vt dixi in 3. p. sub nu. 150. ¶ Vnde nihil penitus accipere à spontè dantibus inhumanū est; vt ait Tiraq. tract. de iud. in reb. exig. nu. 91. & seq. & sapenmerò fit, vt donās incidat in suspiciōem maximam, quā de Iudice munus respiciente cōcipit, & fortè non desit qui dicat pauca Iudici esse

38 contraria, & ided contrarijs curāda. ¶ At recipere magnū munus est signū lupi rapacis, & argumentū auaritiæ omnium malorum radices, 1. Timoth. 6. Porro aliquid recipere breui tēpore duraturū permittitur, Put. in verb. poculenta, Catal. de syndic. nu. 21. sed ne quid nimis, & à nõ litigantibus licet aliquid semel in anno recipere, vt dicit Afflict. in d. rubr. 5. 2. nu. 5. & vide Carpa. super statu. Mediol. c. 44. nu. 3. c. 461. nu. 1. vol. 2. Mantuæ verò est taxatū quantū, quoties, & à quibus. ¶ Imminente autē necessitate ob bellum, aut charestiā, Iudex vir probus poterit accipere munera, vt sibi succurrere possit, dum modò iustitia fiat; auth. scriptū exemplar, in fi. vbi not. gl. ff. de offic. Præsid. Amad. de syndic. nu. 164. & statim absoluam. Nihilominus præter esculenta, & poculenta nil penitus accipiendū est, nec quid minū, nisi honoraria solita, & cōsuetā, ac permilla, præsertim stāte salarij tenuitate: ad quæ vide Put. d. ver. poculenta, c. 1. nu. 2. & tandem repeto quædā honestè accipi, quæ inhonestè petūtur. nõ in l. proinde, ff. de var. & extraord. cog. gl. in l. 2. cir. ff. de orig. iur. Dd. in l. quod cuique, de reg. iur. & in hoc standū esse cōsuetudini, l. minimè, de leg. ad prædicta vide Ant. Scapa tract. iur. non script. lib. 3. c. 18. pulehrè Bonifac. tract. de furt. §. aliene rei, nu. 90. cum plur. seq. Viuium decis. 113. vol. 1. sed nõ est prohibitum accipere ab amicis, & affinis nõ litigantibus, nec intuitu aliorū donantibus, l. 1. C. de muner. & honor. Boff. in tit. de offic. corr. pecu. nu. 3. Imò nec à fideiussore, Cabal. Milleloq. 322. p. 1. quia dicitur turpe lucrum, & exactio illicita, vi. l. hoc iure, §. Labeo, ff. manda. Archiep. Flor. in sua sum. p. 2. tit. 1. c. 7. §. 45. Laur. de Vxur. p. 3. q. 3. Sed aduerte, & cōsid. era ne amici, & affines expensis litigantiū crassen tur, & bi-

40 bant, ad quod vide infra nu. 69. ¶ At sum mopere iuuat vitæ integritas, & probitas morū cōtra mors detrahentiū honoris, & famæ Iudicū; Nam Iudex probus si quid per incuriā iubet, aut vetat, præsumitur zelo iustitiæ fecisse, & in tantū probitas morū in homine valet, vt repertis rebus furatis, vel prohibitis penes eū (vt de armis vetitis, scripturis falsis, bānitis, & huiusmodi, quæ nec retineri, nec recipi possunt) indicatiū non præstent cōtra virū integerrimū: sed inaduertenter habuisse, aut recepisse dicuntur, secus si penes aliū non probū, c. semel, de reg. iur. Marf. pract. §. diligenter, nu. 95. cum seq. & nu. 196. cum seq. vbi multa similia adducit, ad leg. Corn. de fals. l. scire oportet, §. cum in reliquis, ff. de tut. & cur. Aug. ad Ang. in

41 verb. vestē cælestem, nu. 19. ¶ Quia qui semel fuit bonus, semper præsumitur bonus, donec cōtrariū appareat, glos. d. c. semel malus, & in c. miramur, dist. 60. c. mādāta, de psum. Menoc. eo. trac. lib. 1. p̄sū. 3. nu. 21. & 22. Put. in ver. Iudex, c. 1. nu. 23.

Hinc Tiraquell. de pœn. temper. Causa. 51. sub numero 19. in materia probitatis ait, quod in eligendis Episcopis, ille præferendus cuius probitas diu nota est, & sub numero 21. quod peccata, & pene minuuntur ei qui virtuose viuit, & numero 23. quod si iustus cadit facilius resurgit, & numero 24. dicit quod tria profunt, Innocentia vitæ, Benemeritum, & Spes honestæ vitæ in futurum, & quod receditur à regulis iuris communis propter bonos mores, & ob merita, atque virtutes, vt numero 25. Sed vbi agitur de magno præiudicio aliorum, & de periculo animæ, ac contra bonum publicum, prædictæ qualitates in foro fori parum prodesse, & etiam in foro fori, Tiraquell. ibidem numero 10. 13. 14. cum plur. sequ. Et in genere tantum prodest probitas, vt credens viro fide digno est excusandus, Angel. in l. mariti, §. plectitur, ff. de Adulter. Tiraquell. numero 29. & 30. idem si honeste personæ credatur, numero 31. vi. in hoc propos. in 6. par.

Præterea potestati idonee electo creditur, Bartol. in l. quicumque, C. de fun. patr. lib. 11. Tiraquell. numero 38. & Bald. in consil. 222. ait quod Dominus vir probus non tenetur pro famulo, Tiraquell. numero 58. fallit in Caupone, & similibus, vt tot. tit. Naut. Caupo. Italul. Bonifac. de fur. §. est, numero 39. est materia §. Item infortior, Institut. de obligat. quæ ex delict. nascuntur. idem Bonifac. in §. vel etiam, per totum, Tiraquell. numero 59. qui sub numero 109. ait quod probitas excusat ab expensis, & numero 119. probitas vnus adiuuat fidem alterius.

Et in tantum prodest probitas quod ex solo iuramento viro probus creditur, Imol. in cap. cupientes, §. quod si per viginti, colum. 4. de election. lib. quod ei deferendum est, non obstante statuto, Et procurator vir probus non habens mandatum in specie (prout requiritur) ad exigendum debitum, tute illi soluitur, Angel. in l. falsus, C. de fur. Tiraquell. numero 146. cum sequ. qui numero 149. dicit, quod sinceritas morum compeniat, quod eruditioni detractum est, per text. in cap. nisi, §. nec Propheeta, de renunciation. ac vitium ambitus excusatur ob bonæ vitæ meritum, cap. quibusdam, in fin. 1. quæstio. 1. Tiraquell. numero 153. sed Senec. libr. 1. de ira, ait quod nemo probus, nisi diutius mores illius probati fuere. Nec quisquam nostrum potest subito fingi, neque cuiusque repente vita mutari, aut natura conuertere, Nemo repente fit summus, nemo repente turpissimus, Cicer. in Orator. pro Publ. Sylia. quoniam nullum violentum durabile, & vna hirundo non facit ver, nec vnus actus facit hominem esse probæ vitæ, Aristotel. libr. 1. Ethic. cap. 7. quem refert Bald. in l. iura, in princip. de leg.

Hinc est etiam quod ex vno actu negotiationis quis non dicitur mercator, l. 1. §. primo, vbi Gloss. & Bartol. ff. de Tribu. act. & in l. Procuratoris, §. quaritur, eodem titulo, & ideo malus per vnum actum bonitatis non præsumitur bonus, Iacob. de Beluis. in l. omnimodo, C. de inoffic. testam. Luc. de Pen. in l. quemadmodum, colum. antepenult. versic. secundo quaritur, C. de agric. & cens. libr. 11. Nam homines mali, & inuidi, ac versuti mel in ore habent, & fel in corde, à quibus difficillimum

est præcauere, At si vis cognoscere morbum examina cibum, & potum, & quanam sint exercitia infirmi, sic econtra si vis cognoscere probum obserua faciem eius, & mores, & cum quibus conuersatur, quomodo timet Deum, & quos actus assidue facit. Qui enim se diu virtutibus, & probitati addixerunt, qui que cum ipsis virtutibus longo tempore versati, vberes earum, atque iucundos fructus prodixerunt ij neminem vnquam de bona existimatione deeeperunt, nec ab amicis fictis decepti remanserunt, & tandem qui pro se suisque tantum fatigat operari, & alijs verbis copiosus est videns Cæcus est.

Infertur secundò ad statutum puniens testem de falso, de quo iam in practic. de test. 5. part. numero 79. dixi. † Nam si testis vir probus falsum dicat, vel sibi contrarietur, præsumitur per errorem dixisse, & non per malitiam, Bald. in l. quoties, ff. de hæredibus instituendis, Cæpol. consil. crimin. 25. Paris. consil. 151. vol. 4.

† Infertur tertio ad statutum dicens, quòd officialis teneatur de oblitis, & neglectis, etiam in causis ciuilibus, quia in viro probus bonæ opinionis, & famæ hoc statutum locum habere non debet, quia si quid ommissum, aut oblitum sit, non præsumitur cum dolo, nec per latam culpam, Cartar. de execut. sentent. capt. bannit. in præfatio. numero 98. pulchrè Put. in verb. testis, cap. 2. text. & gloss. in l. si quis ex argentarijs, §. primo, ff. de eden. Bald. in l. fin. C. de probationibus.

† Infertur quarto, quòd Iudex, qui in officijs præcedentibus rectè riteque se gessit, talis in præfenti esse præsumitur, argumen. l. merito, ff. pro soc. dict. reg. semel, & supra in 4. part. vbi de extensione, de præterito ad præsens, ver. tertio modo, & quicquid facit, id potius ex causa officij, curæ, & sollicitudinis, ac zelo iustitiæ fecisse creditur, & non per dolum, baratariam, odium, aut amorem suorum, l. iniuriarum, §. is qui iure, ff. de iniur. faciunt dicta in 3. par. num. 343. Paul. Ghirlan. de relaxat. carcer. tit. de calumniat. cap. secundo quæro an eo ipso, numero 9. & omnia ritè, rectèque fecisse præsumitur, Put. in dict. verb. Iudex, cap. 1. numero 14. & ita omnes præsumptiones malas cessare dicimus † propter bonas Iudicis qualitates, Boss. eodem tit. de offic. corrupt. pecun. num. 18. Menoch. lib. 5. præsumpt. 1. nu. 17. & præsumpt. 3. num. 21. & 22.

† Vltimò infertur, quòd Iudex (cuius probitas perspecta, & cognita est) in varijs Doctorum opinionibus, sufficit pro se duas opiniones habere Doctorum celebrium, vt à syndicato excusetur, Ioseph. Cumia. de syndico. cap. 24. num. 82. & 83. versic. & ista causa, car. 27. & ita fuisse seruatum per Rot. Luc. refert Ioseph. Ludou. decif. 1. & 2. & Hieron. decif. 8. in fin. Menoch. de arbit. cas. 177. num. 5. & 6. & ita iudicauit Excel. Senat. Mediol. anno 1587. die 6. Maij. in causa syndicati D. Philippi fratris mei, contra Galianum de Seruallè.

Erant merita illius cause, vt quia Prætor pronunciauerat concedendam esse executionem ad instantiam Communitatis Seruallis virtute publici instrumenti iurati, contra bona cuiusdam Galiani conductoris mulini dictæ Communitatis; Præfationes verò ex causa recouentionis dicti Galiani (eadè pronuncia) dixit committendas esse consilio

consilio sapientis, prestita tamen fideiussione per dictam Communitatem de restituendis expensis, & damnis in casu succumbentia; De qua pronuncia conquestus Galianus apud Excellentiss. Senatum Mediol. eo sub pretextu, quod Prætor noluerit parere literis Senatoris in non committendo totam causam consilio sapientis, videlicet tam conventionis, quam reconventionis, & propterea tanquam contra iura & ordines cause continentia asserbat Prætozem diuississe, & ordinationibus Mediol. contravenisse in materia de consilio sapientis loquentibus; Quibus omnibus datum fuit apprime optimum responsum, vt legitur in decis. Borg. Caualc. decis. 28. per tot. in 2. part. præcipue sub nu. 17. & quamuis Senatus acquieuerit, non tamen acquieuit aduersarius, qui noua querela eadem de causa proposita aduersum Prætozem virum innocentem, & integrum, scelerisque purum, eum conatus est opprimere, & penitus de medio tollere, cui terga minime versa fuerunt. Pro cuius Prætoris defensione ex abundantia ⁴⁷ u deducta fuit nullitas; ¶ nam causa semel à Senatu auocata, non potest ab inferiore cognosci, & sic D. Syndicator non fuit iudex competens, c. vt nostrum, de appell. c. studuisti, & c. licet, de offic. deleg. Vant. de nullit. ex defect. iuris. d. num. 70. & 71. oportebat enim D. Syndicatorem habere in mandatis in specie, vt non obstare superioris auocatione, ipse cognoscere posset, ¶ cum in primis, & ante omnia de qualitate sue iurisdictionis querendum sit, vt not. in c. inter monasterium, de re iud. & in c. penult. extr. de except. & tot. titu. ff. de iurisd. omn. iud. & querelans tenebatur exprimere in specie (quando obtinuit vt Prætor querelaretur) quod alias ea de causa querelauerat Prætozem coram illo excelso Senatu, vt cauetur in no. ord. stat. Mediol. tit. de rescript. §. quicumque, & est de iure. c. cæterum, de rescr. Dec. consi. 460. num. 14. quamuis sit obseruatum difficillime vt in n. 59. vt nam in alijs prouincijs ita seruetur. Non mendaces careret impetratis l. vniuersa. C. de diuers. rescrip. & tot. titu. C. si contr. ius, vel vtil. pub. vbi rescripta impetrantes tenentur exprimere prouisiones à Senatu, ad suam vel alterius instantiam impetratas, aliàs sint nullius momenti, nec executioni mandantur, imò impetrans in expensis condemnatur arbitrio Senatus, & id confirmatur alijs no. ord. aditis die 26. Maij, 1580. quibus cauetur, vt audita semel causa iterum non audiat, & si non facta mentione in precib. pars surreperit, condemnatur in scutis 25. & in duplicatis expensis versus partem; de cuius subreptione vide Ias. in l. non idcirco, & l. præscriptione, C. si contra ius, vel vtil. pub. & ratio etiam de iure communi dicitur, quod vbi est ceptum iudicium, ibi finem habere debeat, vulg. l. vbi ceptum, ff. de iudic. ad quam vide Gab. com. concl. tit. de iudic. concl. 1. & omnino in propof. Lancellot. de attentione. c. 10. num. 10. & seq. At cum causa semel audita fuerit, & Senatus acquieuit, non potuit Galianus amplius querelare, faciunt quæ dixi supra in 4. p. num. 285. & 287. & Put. de syndic. in verb. Iudex ad syndicatam, c. 3. nu. 5. & querelator non querens expeditionem, dicitur desistere, Foller. pract. crim. in verb. audiant exceptiones, num. 28. & 29. Spec. de accusat. §. 5. ante medium, tex. glo. & Dd. in l. destitisse, ff. de iudic. Barto. in l. qui desistit ad Turpil. De desistentia tetigi supra in 3. par. num. 282. & 290. cum seq. & de ea Clarus q. 62. ver. sed nunquid, & Abb. consi. 78. & Crauet. consi. 178.

num. 10. p. 1. & Bal. in l. qui crimen, C. qui accus. non poss. nume. 28. vbi dicit, quod ipse nunquam vidit talem condemnationem fieri contra desistentem. At Clarus d. ver. sed nunquid, distinguit, aut agitur de præsumpta calumnia, & accusator non debet condemnari, ne huiusmodi metu accusatores desistant ab accusando, & delicta remaneant impunita, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. & vide infra num. 309. & ita de consuetudine seruat.

Verum quod desistens de generali consuetudine non condemnatur in expensis, restatur Batar. ad Clar. q. 58. num. 15. vbi in vtroque foro seruari dicit, vide tamen Bertazol. consi. 171. nume. 4. vol. 1. in crim. quod si desistens non petit absolui, poterit condemnari in expensis, iux. l. 1. ff. ad Senatusc. Turpill. Menoch. de arbitr. cas. 321. Farinac. de accusat. q. 16. per tot. Lancellot. de prætor. §. 3. num. 17. vbi ostendit modum excusandi desistentem, & quando cessat suspicio calumnie, & habetur per glo. in l. destitisse, ff. de iudic. Nam qui querelat & in querela petit, vt procedatur iuxta terminos iustitiæ, & non se adstringit absolutè probaturum, is non potest dici calumniator, Foller. pract. verb. audiantur exceptiones, nume. 1. 2. 3. & seq. & desistens dicitur renunciare expensis, Afm. pract. §. 3. 2. c. 3. ampliati. 1. & 2. & Abb. in ca. finem litibus, §. fin. autem, de iudic. Caualc. decis. 15. num. 28. par. 1. sed vt ingenuè fatear, si accusator vel querelator denunciat aliquem de delicto contra eum patrato, si de delicto constat, sed non adsint indicia contra delinquentem & desistit, si de die offensus sit, præsumitur non dixisse mendacium, l. merito, ff. pro soc. & ideo nullo modo eum condemnare, at si de nocte fuit offensus, ex quo potuit decipi, nisi aliqua adminicula contra querelatum subministrabit, vtputa de inimicitia præcedenti, de minis, vel de mala qualitate vitæ, fortè desistens non esset in totum excusandus, nisi conditionaliter & qualitatè illum detulerit, per ea quæ dixi supra in 4. par. nu. 283. Item si apparere posset de aliqua collusione esset non tantum condemnandus in expensis, sed etiam puniendus, vt dixi in 4. par. nume. 202. & in summa hæc est materia valde arbitraria iudici, & contra delatores vide Menoch. de arbitr. cas. 198. ubi addit. Et licet accusator desistens de consuetudine non soleat multari, neque in expensis condemnari, vt ait Baiard. ad Clar. §. fin. q. 58. nume. 15. vbi in utroque foro seruari testatur, tamen si desistens non petierit absolui, poterit in expensis condemnari, vt dicit Bertazol. consi. 171. num. 4. volum. 1. & de hac materia desistentiæ vide Bartol. Alex. & alios in d. l. destitisse, ff. de iud. & in l. desistit, ad Senatusc. Turpil. vbi in l. 3. & 4. desistens non potest iterum de hoc accusare, & per Bart. in l. maritus, la 2. §. si negauerit, ff. de adult. vbi num. 4. distinguit si desistentiæ est facta super crimine, de quo potest transigi, tunc non licet iterum accusare, si verò non possit transigi licebit, quamuis non cesset suspicio contra accusantem, quod falso accusauerit propter iniquitatem, l. fin. ad Turpill. & ob infamiam repelleretur, vt dicit Bart. in d. §. si negauerit, circ. fin. per l. qui desistit, ff. de accusat. & per l. accusationem, vbi Bal. plenè, C. qui accus. non poss. & dixi in 3. p. n. 220. & 384. Ideoque si suam iniuriam, de qua constet, prosequatur, & desistat ex aliqua iusta causa, nempe ob amicorum exhortationem, vel quia pius ob amorem Dei parcit, aut si ob factum iudicis, probationes

nes fieri a forte difficilis ob procrastinationem redacta sunt, vel testes subornati, ut saepe numero in facto euenit ob tarditatem & negligentiam in dieum causarum criminatio in aut iustitiam, tunc licitum est desistere, & nequam non inuenit desistens in penam libram quinque annis, de qua in l. 1. & ibi glo. ff. ad Senatus. Turpill. sed nec vllo modo in expensis condemnabitur, Bar. & alij in l. si maritus, & in l. distulisse, ff. de iudic. & Menoch. de arb. cas. 177. & D. Farinac. de accus. q. 16. nu. 37. & 39. vbi pulchre, & nu. 42. & seq. & num. 77. & 78. tenet contra Boli. in tit. de accusat. n. 38. & vide Bertazol. cons. 67. & cons. 171. n. 7. vol. 1. & Ang. de malef. in verb. & ad querelam, nu. 2. et ita se habet communis pract. ut dicit Guid. Pap. dec. 446. secus si impedimentum querelans factu suo proprio impoterit, Menoch. de arb. cas. 237. nu. 23. qui dicit in d. lo. eis dicunt, quod si quis per errore accusat, deinde errore cognito desistat, nullo modo debeat in expensis condemnari, praesertim facta desistentia ante publicationem processus offensui, Bald. in l. qui crimen, num. 28. C. qui accus. non poss. & non obstante desistentia iudex poterit processum perficere si vult, Baiard. ad Clar. q. 10. nu. 5. & postremum seias quod non dicitur desistere, qui est in pedibus, aut ignorans distulisse, ff. ad Turpill. & ille verè dicitur desistere, qui scriptis mentem suam declarat, ut ibi, & hinc nota, quod priuatus per solam accusationem, aut querelam, vel instigationem querelans, non intelligitur facere partem in iudicio, nisi se declaret, & alia faciat, ut fideiuberet, & prosequi, ff. ad Turpill. facit Bar. ad Clar. q. 5. nu. 6. Marant. spec. aut. in 6. par. nu. 12. & ideo si querelam non prosequitur, nec alia fecerit, non potest condemnari in expensis, Follet. pract. in ver. audiantur exceptiones, n. 3. quae tanquam quotidiana sunt digito liganda. Modo ad rem, re a superiore auocata, & audita exculpatione, si nil in contrarium ordinatum sit, Praetor dicitur liberatus, Fel. in eic. inter, n. 7. vers. secundo restringe, de iud. Bar. in l. si plures, in prin. ff. de fideiuss. refert & sequitur Bertaz. cons. 48. n. 6. vol. 1. Nam reg. est, quod in iudicio non improbatur, approbatur censetur, l. Pompon. ff. de neg. gest. Dyn. in reg. qui tacet, de reg. iur. in 6.

Adducebatur pariter ad fauorem Praetoris pro vitio nullitatis defectus personae querelatis, quandoquidem filius nomine patris absque mandato querelauit, & clarum est in iure, quod nullus pro alio querelare potest, vel accusare iudicem in syndicato (et etiam prosequendo suam, vel suorum iniuriam) nisi habeat personam legitimam immediate aut mediate, ut est speciale mandatum, praecedens querelam, ne faciat dominum incidere in penam, Clar. in §. fin. q. 14. vers. item quero nunquid. Rol. cons. 43. n. 11. vol. 1. cons. 26. nu. 2. vol. 2. pulchre Decia. de delict. lib. 3. c. 36. n. 12. & per tot. illum e. vbi late: & qui possint accusare, vide Baiard. ad Clar. per tot. illam q. 14.

50. ¶ Nec querela sustinetur per ratificationem, nisi ratificatio tempore habili fiat, ut puta cum quis est in actu accusandi, & re integra ante contestatam litem, aliam nihil in hoc casu ratificatio operaretur in prauidicium accusati a non legitima persona, per reg. quae ab initio, de reg. iur. in 6. Bal. in l. obseruare, la prima §. post hac, num. 2. vers. est etiam hic notandum, ff. de offi. procons. & leg. Rol. cons. 63. num. 53. & seq. vol. 4. Et ratificatio debet sequi saltem intra terminum ad querelandum, alioquin querelans succumbit, Boli. in titu-

de offic. corrup. pecu. num. 32. nec per restitutionem coadiuaretur, & est magis communis opinio, de qua testatur Angel. tracta. de syndic. in fin. per lauxilium, ff. de minor. Rol. cons. 94. num. 11. & 12. vol. 4. Ioseph Crinia. de syndic. c. 2. nu. 5. car. 6. Sed quod peius est, iste Galianus licet habuerit mandatum a patre querelandi, cum auctoritate etiam sustinendi, nihilominus misit querelam per alterum suum fratrem, quam exhibuit absque mandato, vel alia substitutione, minusque vlla ratificatio debito tempore secuta fuit, quo casu, quod nullum est, nullum meretur effectum, l. si tibi decem, §. si pactus, ff. de pact. reg. quod initio, de reg. iur. cum similib. fallit quoad prauidicium ratificationis. Vant. de nullit. qualiter, & quan. sent. nu. 102. vers. contrarium tamè, & vide Bald. distinguenti, in l. certum quoque §. publicè, in 2. col. vers. sed iuxta hoc quarto, ff. de procur. add. ad Guid. Pap. dec. 338. intellige assumptum procedere circa publica delicta, Menoch. de arb. q. 79. per tot. per l. pe. §. ad crimem, ff. de publi. iud. & vbi agitur criminaliter etiam de priuato interesse, secundum ea quae alleg. Farinac. tit. de accus. num. 7. & Clar. §. si q. 10. vers. seias autem, & q. 14. vers. seias tamèn, sed vide ibi adducta a Baiardo nu. 4. §. & seq. vbi consanguineum pro consanguineo querelare posse concedit contra alios, praeterquam contra iudicem, quem speciale est nemini licere in syndicato querelare, nisi praecedente mandato in specie, & non in genere, Guid. Pap. dec. 338. in fin. & quid de defensore, aut instructore causas, vide Cepol. cons. 40. col. 3. in prin. Gabicom. conel. tit. de proc. conel. 4. & alibi. Nec casui nostro aduersatur, quod dicit Negusant. de nullit. ex defect. in hab. aut manda. nu. 44. & 45. quia procedit cum filiusfamilias agit nomine proprio, sed requiritur consensus patris: secus cum filius agit nomine patris, & sic nomine alieno, & contra iudicem in syndicato, ut si praedictum & allegatum fuit.

51. ¶ Vtius adducebatur in meritis sententiae Praetorem non potuisse syndicari, quia aliud est sententiae extimere esse exequendum, aliud concedere grauamen, & grauare, ut ait Franc. Tontul. vol. 6. querela prima, num. 3. car. 26. imò per dictam Praetoris pronunciam consultum fuit Galiano, quandoquidem ordinatum in ea fuit, ut communitas fideiuberet versus Galianum illam reconuenientem in casu succumbentis, quod remedium sufficit, quando reconuenit non est clara, vel valde dubia, c. nouit. de appellat. Bar. in l. decem, §. continuus, de verb. obl. Put. de syndic. in verb. sententia, ca. 1. nu. 4. & de hoc supra in 4. par. nu. 268.

52. ¶ Nec debuit syndicari, quia in causis civilibus, vbi non interuenit dolus aut barataria iudicis de generali consuetudine non syndicanitur, ut statim suis locis docebitur, nec propter sententiam a qua potest appellari, & grauamen non dolose illatum reparari potest, Put. in verb. appellat. cap. primo, per tot. & vide Spec. in tit. de except. & repli. §. 4. vers. ut autem. In leuib. item officialis non est syndicandus, Bald. in l. obseru. §. proficisci, eolum. penultim. de iure iurand. l. in l. C. ut omnes iud. tam etu. quoniam mili. post adm. erim. & cum possit appellari, & non fuerit appellatum a praetendente, se esse grauatam, sibi imputet, nam actionem contra iudicem non habet, ut inquit. Bar. in leg. si mentor. ff. si mentor. fals. mon. dix. per glossa

in l. 3. ff. quod quisque iur. vbi Bar. hanc. q. dispu-
 54 tauit, Caball. milliloq. 723. p. 2. q. 48. ea. f. & sen-
 tentia iudicis ad quem non præiudicat iudici a quo,
 l. Lucius, ff. de infam. Put. in verb. appellatio. c. 1. n.
 ume. 5. & 6. minusque præiudicat quando in
 contumaciam, & ob negligentiam partis (quæ
 sententiam primam obtinuerat) iudex ad quem
 primam sententiam non confirmavit, quia alte-
 ri per alterum non debet iniqua conditio infer-
 ri, l. non debet, de reg. iur. & negligentiam vnus al-
 teri non nocet, l. rem hæreditariam, ff. de euct. l.
 fin. ad Sylleian. pulchrè Bart. in d. quæstione Iu-
 dex per imperitiam, in fine Rondinel. de syndic.
 num. 133. etiam si secunda sententia fuerit per ter-
 tiam confirmata, vt statim dicam; quia prima
 non præsumitur per dolum, aut latam culpam la-
 ta, quando sunt hinc inde diuersæ opiniones, s.
 quoties, §. qui dolum. de prob. Bald. in l. si filius, ff.
 de iudic. sequitur Put. in ver. appellatio. cap. 1. sub
 num. 3. & qui dicit iudicem tulisse sententiam do-
 lo, aut barataria, tenetur probare, l. qui accusare,
 C. de eden. Rondinel. d. tract. n. 235. Put. in verb.
 55 appellatio. c. 3. nu. 7. f. & iudex qui excitaunt du-
 bia, non præsumitur ex abrupto, vel per sordes iu-
 dicasse, & ideo eximitur à dolo & à culpa, Bal. cõ-
 si. 243. in fin. vol. 4. Cepol. consi. 8. nu. 8. & 13. &
 17. lafon consi. 46. col. 4. in 3. Curt. iun. conf. 132.
 num. 11. Crauet. conf. 8. in fin. Ofasc. decif. Pede-
 mont. 71. nu. 17. D. Menoch. consi. 2. nu. 133. &
 sequitur Bertazol. consi. 144. nu. 11. vol. 1. consi.
 56 533. nu. 11. vol. 2. f. vbi vt res dubia dicatur suffi-
 cit negatio, no. gl. & Dd. in l. 1. C. de procurat. sic
 quando casus cõtrouerfiam iuris & facti patitur,
 Boff. in tit. de princ. nu. 333. Idem si ex discrepan-
 tia opinionum, Grat. conti. 33. vol. 1. car. 54. & suf-
 ficat habere opinionem alicuius Doctoris appro-
 batissimi, Ioseph Cumia. de syndic. c. 42. num. 82.
 Put. in verb. iudicare, c. 3. nu. 2. & supra in 4. patt-
 num. 192. sicut etiam excusatur, qui sequitur opi-
 nionem sui Præceptoris, l. dicere, §. 1. ff. de arbitri.
 & l. ff. de manu vindic. Alber. sing. 177. Bart. &
 Iaf. in linterdum, §. 1. in fi. de verb. obl. cum mul-
 tis alijs. quos adducit Ant. Maria Corat. in tract.
 de com. Dd. opin. lib. 2. tit. 9. cas. 8. nu. 30. fol. 145.
 vbi concludit non habere locum, si communis
 opinio est in contrarium, nu. 34. & adfert multos
 alios casus; & quæ opinio sit attendenda vide per
 eundem Anto. Mariam tit. 8. per totum, & ponit
 Cauale. decif. 15. nu. 3. & 4. & decif. 25. nu. 14. de-
 cif. 27. nu. 25. decif. 41. nu. 28. vbi latè in 1. part. &
 57 f. vbi pro vna opinione est rigor, & pro alia equi-
 tas scripta non ceruicosa, illa est amplectenda, &
 præferenda, Dec. in l. in omnib. de reg. iur. Neuz.
 lib. 6. tit. quomo. iud. nu. 68. Cephal. consi. 166. n.
 15. & seq. vol. 2. Bal. in auth. iubemus, nu. 2. C. de
 iud. & vi. omnino Corat. in d. suo tract. vbi qua-
 liter & quomodo iudex contra communem iudi-
 cans teneatur in syndicato in titu. 12. & qualiter
 excusetur ibidem, & concludit teneri in foro fori,
 & in foro poli, intellige quando per dolum, & ba-
 ratariam, vt infra, nam qualibet causa etiam colo-
 rata, excusat iudicem à syndicato, pulchrè Boff. in
 tit. de decret. Mediol. vt non proced. crim. nu. 19.
 & in hoc proposito ad exculpandum iudicem vi-
 de Farinac. de carcer. num. 27. vbi multa dicit, &
 quæst. 3. num. 18. vbi plura allegat. Itaque iudex
 ex rationabili causa errans excusatur, not. glo. 11.
 quæst. 3. c. temerarium. Amad. de syndic. nu. 249.
 58 & vide quæ infra dicam, num. 171. & 179. f. In
 per iudex ad suam defensionem potest suam senten-

tiam (quamuis à iudice ad quem reuocatam per
 binas sententias) defendere, & tueri nouis allega-
 tionibus, Put. in verb. iudices, ad syndicandum,
 c. 2. num. 21. & infra nu. 199. Et quoniam Puteus
 & alij tenent, quod iudex de imperitia syndicari
 possit, bonū erit scire qualiter hoc procedere pos-
 59 sit circumscripta statutorum dispositione; f. Sed
 quid sit imperitia primò dicendum est, quæ nil al-
 liud est nisi quædam ignorantia, & vt nostrates di-
 cunt, inscientia, vt apud Plin. lib. 7. cap. 2. & de
 hac tenetur iudex, qui se doctum existimat, &
 quod peius est, doceri ægre fert, nec vult sequi cõ-
 muni opinionem in actu decifitio approba-
 tam, sed reprobatam sequitur, licet in puncto iu-
 ris verior dici possit, vt per Put. in verb. allegatio-
 nes, c. 1. & in verb. iudicare, c. 3. & Corat. d. tract.
 de com. opin. lib. 2. tit. 9. in dubio tamen semper
 est tenenda opinio glossæ, Put. in verb. an si pote-
 stas, nu. 12.

Verum hodie sunt tãta Doctorum opiniones
 & volumina typis edita, vt per quam difficile sit
 scire, quæ sit magis communis opinio, & qui de
 ea testantur omnes mentiuntur, quando quidem
 non possunt habere omnes libros, imò impossibi-
 le est, nisi quis testaretur de communi, vel magis
 communi, per ea quæ in suo studio, & in suis li-
 bris vidit & reperit. Hinc est, quod hodie relictæ
 sunt textus, neglectæ sunt leges, non seruatae sunt
 glossæ parum curatur de attestantibus de commu-
 ni, vel magis communi opinione; sed duntaxat
 attenduntur decisiones in terminis, & quando-
 que extra terminos, qua de re, si inter libros tam
 innumeris cõflictus nasceretur, aut ignis in me-
 dio poneretur, ad ius primæ uū redderetur, & tan-
 tum modo textus cum glo. & Bar. allegarentur, &
 ita per vniuersum orbem hæc tria penes omnes
 Doctores reperirentur: sed quorsum hæc, cū hæc
 protestatio mea sit contraria facto, postquam &
 nos eodem vitio laboramus, in dignatus vidisset
 ad uincos caribus in multis partibus iudicare ex
 propria ceruice, vt quibus malint iniuste morem
 gerant.

Redeundo modo ad pronunciam Prætoris Se-
 rauallæ, vltra ea quæ copiosè scripta sūt à Cauale,
 d. decif. 28. nu. 17. cum mult. seq. par. 2. iustificatur
 60 sum moperè ab autoritate, f. Curt. iun. in l. si quis
 in conscribendo, nu. 47. C. de pact. vbi vult pro li-
 quidis executionem concedi, & pro illiquidis
 causam committi posse, ne liquidum per illiquidum
 in diuiduis retardetur, l. aufertur, §. qui com-
 pensationem, ff. de iur. fise. latè Alex. cõsi. 94. vol.
 4. Cauale. decif. 35. nu. 14. decif. 9. n. 11. par. 1. quæ
 opinionem sequitur Carot. de loc. & conduct. in
 verb. expensis, num. 14. Benintend. decif. 77. Put.
 decif. 47. lib. 2. Alex. consi. 166. in fin. & in consi.
 37. nu. 29. vol. 2. vbi testatur ita fuisse iudicatum
 Paumæ, & tenet Corn. consi. 262. in fi. vol. 4. eo ca-
 su perperam fuisse per syndicatorem uotatū Præ-
 torem esse condemnandum in expensis, vt etiam
 per Corn. consi. 181. visa lit. m. in 3. par. & Fely. c.
 super ijs, in fi. vlt. col. de accusat.

Et tandem Senatus ille Mediolani nunquam
 satis laudatus tanquam iustitiæ Princeps (qui
 quicquid perperam factum reperit solet cassare
 & annullare) in hanc sententiam venit, videli-
 cet: Audita in Excellentiss. Senatu relatione fa-
 cta per egregium Dom. Clementem Arfagum
 syndicum fiscalem in causa syndicatus Do. Phi-
 lippi Caualecani olim Pratoris Seruallæ, auditif-
 que eodem tempore Aduocatis Francisci Gallia-

ni, qui querelam contra ipsum Prætorum porre-
xerat, & Aduocatis ipsius Caualecani, ex quibus
negotium pleniùs intellectum fuit, quàm intelli-
gi potuit ex relatione Syndicatoris eo tempo-
re, quo Prætor ipse condemnatus fuit, omnibus
que accuratè, & diligenter perpenfis, censuit Sen-
natus prædictum D. Caualecanum Prætorum ab
expensis, & damnis per Gallianum petitis excu-
sandum esse. Datum die 6. Maij. 1587.

Cæterum (os precibus tantùm in cælum po-
nere si licet) vti nam per maiores, & supremos
Magistratus obuiam subterfugijs, & circuiti-
bus litigantium eatur; nam, vt experientia do-
cuit, aures illius Excellentiss. ordinis diu noctu-
que defatigantur, & lites immortales ori in-
ter creditorem, & debitorem videntur, surgunt
que tot literæ promissionales, modò quòd rescri-
batur status causæ, modò quòd causa consilio sa-
pientis mandetur, & dubio emergente commit-
tatur articulus, & sæpè inuimetur parui, & alijs
diuersis rescriptis viuunt, quibus sæpenumero
litigantium expensæ sortem principalem exce-
dunt, & factio litigantium liquidum per illiqui-
dum retardatur, & executio impeditur; nam ab
aduersarijs aliqua causa colorata semper est pa-
rata, dum modò his in longum protrahatur, &
fiunt de lite lites, & de causis civilibus crimi-
nales nascuntur, creditores fiunt pauperes, debito-
res animam illaqueant, & aures supremi Magi-
stratus continuè cruciantur, Iudicesq; ordinarij
obedientiã perdunt, & à subditis audacter parti-
penduntur his similib. verbis: *Al sindicato me ne
ricorderò, non mi curo di te, ce n'è per tutti;* ad superi-
ores ibimus, & quasi conuictum contra Iudi-
ces ordinarios fit. Quòd remedij? habent statuta,
& ordinationes, seruentur, liquidum exequatur,
& toti nugis repulsa detur.

Aduertendo tamèn ne sub zelo legis iudaize-
tur, ne subditorum conseruationi excessiuus, &
immoderatus sit rigor circa obseruantiam, ne
excusationes legitimæ respiciantur. Nam nulla
lex, nulla ordinatio, nullum statutum est, quòd
non recipiat extensionem, & restrictionem, vt
latè in 4. par. dixi, & ita cauetur, in l. 1. de re-
gulis iuris. Multa quidem sunt excusatione di-
gna per quæ sunt plenilibri, datur remedium re-
stitutionis in integrum quòd Florentiæ dicitur,
Si rimette nel buò d, vt sæpè fit ex benignitate,
& indulgentia Magni Ducis, quem Deus ad vo-
ta conseruet, cum eiusdem optimis Ministris.
Excusationes ergo præstant impedimenta in-
firmitatis itinens, ab ingentem pluuiam, niuem,
vel aliter ob incursum latronum, ob amissionem
scripturæ, absentiam procuratorum improui-
sam, innoctem atatem, ignorantiã ordinationum
quarundam specialium, aut quia Iudicis copia habe-
ri nõ potuit, aut testium, & huiusmodi, qua instam
excusationem præstant, si fortè tempus ad appella-
ndum, aut ad prosequendã appellationem decursum
sit, & sic lapsum sit primum, vel secundum fatale,
vel deserta dicatur instatia, vel si aliquid imple-
ndum intra certum tempus non fuerit adimpletũ,
vt soluere taxam, aut diricturam in prima scrip-
tura, vt cauetur Flor. ex ordinationibus, quæ deseruiunt
loco sportularum Iudicum, vel si quis poenam
soluere fitco, vel exilium accipere intra men-
sem nequirit, & sic de singulis, vel si lata sit sen-
tentia quæ transiit in rem iudicatam, & dein-
de reperiantur instrumenta, vel alia scripturæ,

per quæ sententia apparere possit iniusta. Equi-
dem restitutio concedi debet ex gratia Principis,
vel Iustitiæ, vt de ijs differentijs tractat Cauale-
decif. 14. par. 1. vbi illa restitutio, quæ fit per viam
iustitiæ, omnia restituit: illa verò quæ fit per me-
ram gratiam, non tantum tribuit, sed auxilium
contra ius commune portigit: & illa restitutio
quæ conceditur ratione minoris ætatis, vel ex
clausula generali, si qua mihi iusta causa, vt im-
pedimenti, vel ignorantia, de quibus supra di-
ctum est iure ordinario competere dicitur, & pe-
ti potest coram Iudice ordinario, illa verò quæ
requirit gratiam Principis, solum coram Prin-
cipe petitur, Caualedecif. 13. in d. 1. par. & Sforti.
Odd. in d. suo tract. per tot.

Modò si prædicta petuntur coram Tribunali
Principis representantibus rescriptum iuridi-
cum, & rationabile reportare solent, quòd citata
parte curia informet, & ijs peractis, & iusticia-
tis precibus restitutio concedenda est, si respi-
ciat viam iustitiæ, si verò meræ gratiæ, hoc est
relinquendum omninò bonæ voluntati Principis,
& ministrorum à latere assistentium. Ionus
est consulere Principem pro gratia, & non re-
pelleto subditum dicendo: *facta est alea, veli res-
scribendo, nihil inconsulto Principe.* Nam in
ijs, quæ sunt de reseruat. Principi, et inconsulto
non possunt quidquam statuere. Et non sine
maximo periculo animæ, si subditis hoc præjudi-
cium offerretur, minus malum esset vsque ab in-
itio repellere Oratores in totum, quàm rescribere,
vt citata parte Curia informet, in qua relatio-
ne fienda oratores magnis vexantur expensis in
itinere, in Curia tempus labitur inutiliter, & tan-
dem manibus vacuis redeunt cantando viatores,
& male affecti, contra benignam mentem Prin-
cipis, cuius interest subditos habere locupletes,
auth. vt Iudic. sine quo. suffrag. §. consideremus,
& illos incolumes conseruari, l. cum ratio, §. præ-
de bon. damnat. Et ad quem spectat cura ouium,
sicuti Episcopo, nam si mercenarius illarum cu-
ram non habet, hoc fit quia mercenarius est, Ioã.
Euang. e. 10. & vt paulò ante dixi, si proprium est
recti Iudicis, quæ videt ab eo minus iudicè fa-
cta emendare, quantò magis Iudex supremus fa-
cta aliorum corrigere, & ad terminos bonæ iusti-
tiæ reducere, vt inquit Imper. in Proem. Instit.
Insuper aduertant fallacijs, & imposturis, & re-
primant audaciam litigantium, & pro dictis ver-
bis minatorijs puniant temerarios, quia talia ver-
ba iniuriam, & contemptum inferunt, Bart. in l.
si tutor, ff. de auct. tutor. multò magis sunt puni-
endi qui talia dicunt, si verbis facta adiungunt, vt pu-
ta manu inuantes, vel ore cachinantes, aut irre-
uerenter terga verentes curuosi, ac si genuflexo
præposterè reuerentiam facere vellent, vt est de
more Lamiarum, vt scribit Paul. Ghirl. in tract. de
fortilegijs, nam in inæ iniuriã inferunt, Bertazol.
conf. 334. num. 8. p. 2. vbi allegat Aug. ad Ang. in
tract. malef. in verb. editus Titius se defendedo,
col. 2. vers. quaritur an ex folis minis, intellige de
minis re, & verbis factis (præsertim contra superi-
ores, aut in dignitate constitutos) & hinc nota-
q; dicitur hoc modo offensa publica persona, quæ
offensio dicitur fieri tam verbis, quàm factis, &
omne illud quod aliquem ad iracundiam prouo-
cat, offensio dicitur, l. cū te, l. filia, C. de inoff. test.
etiam si personam non tangat, sed pannos tan-
tùm, vel saltem cetera, vel contra personam, etiam
offensio non sit punibilis, Bart. in l. licitatio, §. q.
illicite,

illicite, num. 4. ff. de publ. & vect. Bald. in l. quidam, ff. de hered. instit. pulchre ac eleganter Bertazol. consil. 34. per totum lib. 2. quod notandum pro statutis pœnani dictantibus contra offendentes officiales, & aduertere an iniuria sit facta officiali contemplatione officij, aut illata ex odio particulari, vt dixi infra num. 227. & offensa facta vxori officialis non punitur pœna statuti contra offendentem iudicentem, Dec. consil. 501. num. 7. quem refert Bonacoss. 99. crim. super statum in ver. offensio, & quotiescunque iniuria fit ex causa iudicendi, tunc dicitur facta vti officiali, non vti privato; Nam in delictis causa & origo attenduntur, dixi in 4. p. num. 150. & alibi, & in hac 5. p. num. 262. Et officialis est Iudex competens de iniuria notoriè sibi facta vti officiali, sic per Farinac. de delict. & pœn. q. 17. nu. 41. & 42. vbi facta censetur ratione officij, si facta sit ipsi pro tribunali sedenti, vel in actu exercendi suam iurisdictionem, & num. 43. & 47. vbi ait, quod de honestate superior ius sibi dicere non debet, Par. de Put. de syndico in ver. notorium, cap. 1. num. 4. & per tot. illud cap. quod vide, & tunc solent iudices mandare Notario, vt scribat ad amissim omnia, quæ tunc in contemptum ipsius iudicis dicta aut facta sunt, cui Notario creditur in ijs, quæ ad eius officium pertinent; secundum Aret. in c. quoniam contra, de probat. vbi Lanfranc. & Imol. Marant. de ord. iud. actu alios adducit Mascard. de probat. concl. 1100. num. 13. et id verum existimo donec contrarium probetur; & ita intelligi debent in terminis excitata à Foller. in pract. cri. in verb. item, quod est notarius, num. 29. & per Farinac. latissimè, de delict. & pœn. q. 21. vbi præcipue in propof. à num. 158. vsque ad fi. Tutius tamen erit informationes suscipere ab alijs astantibus, si fieri potest, & statim certiore facere Principem, vt dicam, num. 227.

D Et redeundo vnde digressus sum, supremi Magistratus summopere inuigilare debent, ne lites immortales fiant, sed vt quamprimum expediantur, l. propterandum, C. de iudic. Nam si omnes probationes sunt arbitrarie iudici, Menoch. de arb. cas. 90. num. 2. & in causis civilibus datur appellatio, vt dixi, per quam prouidetur illi, qui se grauatum dicit, & agitur ac debito liquido, & iurato; cur debitor non debet cogi, vt soluat, si exceptionem solutionis, vel legitimæ compensationis non opponat, vel non probet? Certum est enim, quod iuramentum obligat præcisè ad factum, vt dicit Cauale. decis. 8. & 9. & decis. 21. in 1. par. Cur tantas audire, & admittere nugæ? meritò ex ordinationibus Mediol. editis ann. 1580. prouisum fuit in proposito ad multa, quæ si in viridi obseruantia permanerint, optimijs remedia erunt. Et postquam de inobedientia, quæ causatur ex ijs nugis, quibus per supremos Magistratus nimis facile aures præbentur, dixi, volo aduertere in practica inconuenientia multa, quæ nascuntur; nam sicut corpus habet sua membra, & alter alterius officium non perturbat, ita in rebus & administrationibus gerendis, & in promiscuis actibus non deberent turbari officia, l. consulta diuina, C. de test. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 43. Ad sunt iudices ordinarij, vt iustitiam loco superiorum administrant, si igitur pro omni re patens aditus detur subditis ad superiores, actum est; nam superiores negotijs maioris importantiæ impediti, non pos-

sunt tam cito expedire subditos, qui ad ianuam pulsant, nec vix quisquam famulorum est, qui gratis aperiat, & cum aperta est ianua instantia fortè est precepta, & interim tabernaculorum marsupia impleta sunt, & litigantium ora fessa, & ordinariorum iudicum iustitia delusa, & inobedientia causat, & Imperator ad hæc animaduertens, in l. præcipimus, C. de appell. hæc dicit: Ne nostris occupationibus quibus pro vtilitate mundi à singulorum nonnunquam negotijs auocantur aliena defraudari commoda videantur.

F At reuera si passim per gradus, & non per saltus subditi irent, claudi, & manci non redirent, vel in itinere non remanerent: nam certum est, quod iudices ordinarij, & qui alijs præsentibus ratione administrationis (cum sint præsentibus) vident, & audiunt melius iura, & defectus subditorum, quàm superiores à longè stantes, & aptior medola, & quidem oportunior adhibetur à medico, cui nota est infirmitas, quàm à medico forensi, qui complexionem infirmi ignorat. Est tamen verum, quod nonnulli iudices sunt, qui dum aliorum curam habere incipiunt autumant sedere in Aquilonem, quorum in experientia, ignauia, vel inscientia fortasse cupiditas nimia contrarium eius operantur, ad quod fuere destinati, & hoc in casu per necessarium est adire Principem, vel assistentes à latere Principis, alioquin res malè se habent. Rogo igitur Principes, & alios Dominos, vt omni cura prouideant, ne sub quouis prætextu obedientia ab ordinarijs abdicetur; idè siue sint Iudices, siue Rectores, siue Priores, aut Prouinciales, vel ordinum generales, quia vt experientia docet, facilius remedium datur à præsentibus ministris, quàm ab absentibus superioribus, & præsentibus (si obseruabuntur) entia benè gubernabuntur, sic ansa recurrendi semper pro quid minimo ad superiores est auferenda penitus subditis, qui euntes exeunt sub obedientia sui ministri.

61 † Et ad propositum syndicatus nostri nunc redeuntes, dico, quod hodie de consuetudine generali (circumscriptis statutis) iudices non syndicanantur, nisi de dolo & barataria, testatur Gand. de questio. & rot. q. 1. num. 41. col. 2. Alex. consil. 65. incip. habita, num. 7. & 8. vol. 1. Bossi. de offic. corrupt. num. 26. Clar. q. 43. ver. item Iudex, Bonacoss. quest. crim. in ver. sedere, ver. item nota, Bild. Ang. Imol. in l. si seruus vetitus, ff. de leg. 1. Ruin. consil. 95. vo. 5. Claud. reg. crim. 91. & 92. Bertazol. consil. 71. au. 3. & 4. & 32. & consil. 91. per tot. vo. 1. Grammat. consil. 54. num. 11. & ita vbique seruari testatur Rot. Luc. decis. 1. nu. 50. & seq. Cauale. decis. 1. par. in reper. in ver. instantia precepta, & in causa non est dubitandum de

62 tali consuetudine; † Imò statuta talem debent recipere interpretationem à generali consuetudine, per tex. l. cum de interpretatione, ff. de leg. DD. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & in l. cunctos populos, C. de sum. Trin. & fid. Cathol. et talis consuetudo facit ius, Instit. de iur. nat. gen. & ciuil. §. ex non scripto, & multò magis quando per supremos magistratus ita seruatum fuit, vt in magna Vicaria Neap. in Ro. Curia, & huiusmodi, §. 1. 2. & 3. Instit. de iur. nat. gen. & ciuil. Ergo dolo, vel barataria debent esse fundamentum intentionis querelantium, vt no. in authent. de non alien. vel permut. rebus Eccles. 63 † & omnium memoriam habere est magis diuinum, quàm humanum, sicut etiam in nullo defice-

- deficere; Put. in ver. Iudex male iudicans, cap. 2. num. 3. vbi pulchrè loquitur, si per incuriam, aut aliam occupationem Iudex aliquando erraret homo est.
64. ¶ De dolo Iudex tenetur, quando scienter iniustitiam facit, l. l. si duo, & l. fin. ff. de dol. nec valeret statutum dicens, iudicem non teneri de dolo, Bald. in l. cum necessitatem, C. de fideicom. & prætenu autoritatis magnæ dolo non excusatur in læsione graui, secus in modica, Bald. in rubr. C. de pæn. iud. qui malè iud. sub nu. 2. Bart. in l. in venditione, §. si quis, num. 5. ff. de bo. autho. iud. possid. & Bald. in rubr. C. de pæn. iud. qui malè iud. vbi autoritas libera non excusat iudicem mala voluntate iudicantem, & ad prædicta vide tex. in l. l. l. i. c. veritas, de offic. Præsid. Put. in verb. iudicare, cap. 3. num. 19. & multò minus excusaretur si contra conscientiam iudicaret, vt sapiens dixi, vide Bald. in l. de eo, nu. 5. & 11. C. de pæn. iud. qui malè iud. vbi differentiam conscientie tradit, veruntamen recurrentum est ad Nauar. in Manu. cap. 27. num. 280. Sed an Iudex etiam si in propria conscientia sciat rem aliter se habere, tamen vt persona publica debeat secundum acta, & probata condemnare, vel absoluerè, vide D. Thom. 2. 2.
66. ¶ Præterea Iudex dolosus non dicitur, nec baratarius quoad forum fori, qui facit aut accipit quod ei à iure, aut à consuetudine, vel à Principe perquiritur, sicut alijs suis antecessoribus permissum fuit: nam in syndicato excusatur, Ant. Rondinel. de syndic. offic. num. 125. versic. quod si iudicare, Ioseph. Cuman. cod. tracta. cap. 17. nu. 76. versic. & si aliter, car. 141. Cauale. decis. 28. num. 17. 62. 63. in 2. par. & faciunt quæ in proposito dixi sup. in 4. par. num. 134. 135. & sequen. vsque ad num. 155.
67. ¶ Barataria verò dicitur, quando Iudex aliquid petit indebitum, vt iustitiam faciat, Amad. de syndic. num. 165. & licet fiat iustitia, tamen per illicita media deuenitur ad eam, & finis causa est lucrum, Rondinel. de syndic. num. 55. 56. & seq. Carpa. super statu. Mediol. cap. 41. vol. 2. in verb. barataria, sed finis iustitiæ est vnicuique ius suum tribuere, §. 1. Institut. de iustit. & iur. Put. in verb. barataria, cap. 1. num. 37. & in materia barataria vide quæ infra sequuntur, & Marc. decis. 684. vbi quando per fordes iudicare dicitur, & pulchrè Bertazol. consil. cri. 71. vo. 1.
68. ¶ Nec Iudex teneur de gestis factis per suum antecessorem, vel successorem, l. prouidendum, C. de decurio. lib. 10. Bertazol. in ver. officialis successor. car. 469. intellige ni ab antecessore aliquid mali cœptum fuit, & exequutum per successorem Prætorum, vel Prætorum inceptum, & successor sinuit; nam quilibet tenetur pro suo facto, & pro sua culpa, vt dixi supra in 4. par. ¶ Sed omnino potestas tenetur, si permittat illos de sua familia vendere fumum ipsius officij, vt cum promittitur bona, & prompta expeditio, & hac de causa famuli, vel alij faciunt sibi dare aliquid, fortè dicunt, pro gratificando iudice, & hinc legitur apud Platinam in vita Pontiani Pontificis, Alexandrum Imperatorem iussisse mori colligatum ad palum quendam nomine Turinum, qui hoc modo accipiebat munera à subditis Imperatoris, prædicans se esse magnum apud Imperatorem, & ita traditus fuit igni, imò fumo, clamante præcone, **FVMO MORITVR, QUI TVMV M VENDIDIT**, quod est notandum, & facit contra illos, qui decipiunt carceratos, de quibus iam dixi in 2. par. num. 19. de quibus etiam loquitur D. Menoch. de arb. iud. 70. cas. 342. 343. ¶ & verè isti vna cum iudice (si est particeps) seuerè puniri debent, Clar. §. fin. q. 87. ver. hæc autem omnia, in fi. Put. in d. verb. Barataria, cap. 1. dicens in quadruplum restitutio fienda, per l. 1. ad leg. Jul. repetun. alij verò non vendunt fumum, sed cinerem spargunt in oculis iudicum muneribus, vt illos ad vota conferuent sibi, num. 35. Alij dum iudices obdormiunt alieni boni inuidi seminant zizaniam, alij obsecrunt iudicibus, vt eis ad omnem ventum sint favorabiles, alij suggerunt mala de patrocinatorum clientulis, vt in locum eorum ingrediantur. Sed de his omnibus expectandum est tempus, & nisi resipuerint ligatis cum zizania fiet, quod Euangel. Matth. c. 13. scripsit.
- Et ad baratariam redeundo, illa probatur etiam per testes inhábiles, ex quo occultè fieri solet, Mascard. de probatio. conclusio. 165. & 166.
71. & 453. ¶ Similiter si Iudex à syndicato fugerit, vel ab officio, se reum faceret, & haberetur pro confessò, & conuictò, l. 3. C. de assessor. & hoc in casu iuramento querelantium standum est, not. glo. in §. necessitatis, in Auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. & proceditur sine libello, Rondinel. cod. tract. num. 105. 106. 107. & seq. Put. vbi supra, cap. 1. num. 2. intellige tamen de malo iudice; nam bonus iudex videns sibi magnam parati persecutionem, ad quam ferendam vires suæ nõ sufficiunt propter aduersarios valde potentes, nõ est culpandus, si suæ salutis consulat, fuga enim sola non arguit inditumctè dolum, neque baratariam, nisi alia concurrant, & in crimine baratariæ pœnitentia locum non habet, Put. de syndico. d. cap. 1. num. 3. cum ipso facto baraterij notam infamie incurrant, & in pœnam incidant, imò solum accipiendo pecuniam, antequam baratariam committant, et si pœniteant, non evitant pœnam, secundum Bald. in l. generaliter, §. 1. ff. de calumniat. & receptans officialem dolosum à syndicato fugientem, tenetur parti læsæ per baratariam, & per dolum, l. Contiliarios, C. de assessor. Amad. de syndic. num. 106.
72. ¶ Verum de negligentia immodica iudicem teneri, ac de lata culpa in criminalibus causis nõ ambigitur, dum modò allegans probet concludenter, alioquin talia in dubio non præsumuntur, l. 2. ff. si quis cautio. Ang. in l. si damnum, §. 1. ff. de pecul. & Mascard. conclus. 1093. num. 2. 5. 8. & 9. dicit negligentiam directè per testes probari non posse, sed indirectè: & testes concludere ad instar negatiuæ, videlicet, talis iudex non fuit diligens, quia talia facere poterat, atque tenebatur ratione officij; quæ tamen non fecit, vel facere recusauit. Iudex verò de negligentia, aut magna, vel lata culpa in criminalibus teneretur, si voluptatibus deditis parum statuta, processus, & iura videret, adque studia minimè incumberet, vel fidem ignaris, & vitiosis daret: ¶ quoniam iudicis induitria dicitur electa & alteri committi non debet, vt dixi in 1. par. num. 263. Rondinel. cod. tract. num. 85. per tex. in auth. vt nullus iud. §. 1. tenetur enim ipsum facere cum possit, & prudenter, amoto iusto impedimento, vel circumscripta consuetudine, alioquin si per alium malè agit, tenetur etiam ad damna, & interesse parti læsæ, Put. cod. tract. in verb. negligentia, & in verb. culpa, & alibi: & non solum tenetur in com-

commitendo, verum etiam in omittendo, D. Farina. in gr. de delict. q. 18. num. 22. & 23. alleg. Tiraq. tract. de pœn. temper. causa. 44. num. 23. & Rpl. consil. 64. num. 4. & seq. vo. 3. quod verum si dolo, aut per latam culpam omisit per supradicta; nam in iudice intelligere debemus illam negligentiam esse damnosam, quæ dolo proxima apparebit. Amad. eod. tract. num. 69. vbi allegat Bald. in §. proficisci, q. 9. ff. de offic. Præs. Put. d. ver. Negligentia, cap. 1. nu. 15. Bald. in l. si quando, col. 1. C. de test. Rondinel. d. tract. num. 14. 15. 16. 17. & seq. ¶ At Iudex de negligentis, & ignorantis non crassis, nec supinis, non tenetur de consuetudine, Amad. de syndic. num. 247. vide Navar. Manual. cap. 17. num. 27. qui loquitur in foro interiori. Et Iudex etiam de negligentia redarguitur, quando potest causam expedire, & interim instantia labitur (non obstante partis instantia ei facta, vt expeditur causam) & expensa currunt superflua & damnosa, secus si Iudex non esset interpellatus bis & ter, secundum Bald. in cap. 1. de milit. Valu. per l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. & per eundem in l. mancipia, de seru. fug. Excusaretur etiam quando de legitimo impedimento constat, Menoch. de arb. iud. cas. 118. alioquin dicitur de negare iustitiam. Put. d. tract. in ver. negligentia, cap. 1. nu. 1. & 3. DD. in l. properandum, §. si autem, de iud. Bald. in l. 1. §. magistratus, de magistrat. conuenien. & circa instantiam tum in causis civilibus, tum in criminalibus, vide A sin. in sua pract. §. 2. cap. 16. per tot.

71. ¶ Potestas pro familia sua duplici modo (sed diuersi modo) tenetur in syndicato, vt etiam infra dicam, num. 154. ad cuius rei intelligentiam sciendum est, quod aliqui sunt de familia Potestatis, vt sunt vxor, filij, & serui, alij sunt quos secum ducit ratione officij, vt Assessores, Notarij, Baricelli, & Nunciij, & huiusmodi, de quibus Put. d. tract. in ver. testis, cap. 1. in princ. & proijs promisit, aut non. Primo casu potestas tenetur exhibere familiam suam, si ita est de stylo, vel si promissa ab initio officij aliquid pro eis, aut soluere iudicatum, vel eos sistere, vt colligitur à Put. in ver. familiaris, seu familia, cap. 3. num. 16. & 17. & cap. 4. num. 1. qui Potestas in casu sistendi liberatur, semel exhibendo, l. 1. §. familia, ff. de publicat. Sed excusatur si non sui culpa ille fugit, ar. reg. culpa caret, de regul. iur. & ratio est, quia viro bonæ fidei casus fugæ fortuitus non imputatur, idem Put. d. cap. 3. num. 26. Verum si promissa præstare toties quoties, si dicitur si bis, aut ter exhibuerit, l. si finita, vbi Ang. ff. de damn. infect. & dixi latè in 2. par. num. 180. 181. & seq. & de hac præsentatione Put. vbi supra, cap. 4. in princ. & infra dicam sub num. 201. & talis promissio intelligitur facta solum pro causis secutis durante officio, non autem ante, vel post, quod notatur per l. 1. & ibi DD. ad leg. Iul. repetun. & pro causis civiliter intentatis, glo. not. in cap. cum ad sedem, de restitut. spoliar. latè Rondinel. d. tract. num. 71. qui num. 83. ait, ¶ quòd ante syndicatorum famulus dimiti non debet, & si Potestas promisit de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, tenetur si non repræsentat famulum ob delictum contumacem, quando sciens vsus est opera maiorum hominum, ar. l. 1. ff. fur. aduer. Nant. ita tenet Put. in d. cap. 3. num. 27. nisi famulus eum esset vir probus extiterit prouocatus, & prouocatione honoris sui, vel domini deliquisse con-

tigerit; Nam Potestas ad sui exonerationem de hoc dicere potest, si illum non præsentat, secundum Put. ibi. Honor enim, Laus, Gloria, & Fama nullo modo sunt negligenda, de quibus plura dicit Lud. Carbo. in suo tract. de omni. rer. restit. q. 16. per tot. Vnde si prouocatio principalem excusat, vt dixi in 4. par. num. 79. cum seq. multò magis fideiussorem, cap. accessorium, de regul. iur. in 6. l. cum principalis, eod. tit. Verum si ratione officij Potestas banniuit famulum, non tenetur, quia necessitate officij fecit, Put. d. cap. 3. num. 21. Item tenetur etiam si nihil pro familia promiserit, si fuit in culpa, vel participauerit de delicto familiae, l. qui occidit, §. in hac quoque, ad leg. Aquil. Put. d. cap. 4. num. 1. & 5. In secundo verò casu de iure ordinatio Potestas tenetur pro suis officialibus, etiam si non promiserit, quando ex causa officij delinquitur, l. 1. §. familia, de publica. & d. l. 1. ad leg. Iul. repetun. & sibi imputandum, quia malam electionem fecit, Put. d. ver. familiares, cap. 3. num. 17. 18. & 17. vbi per multa bona iura hoc probat, & vide Rondinel. eod. tract. num. 72. 73. & 97. & proijs non tenetur, nisi pro pœna pecuniaria, quo casu sufficit fideiubere, Rondinel. d. tract. num. 72. & 97. & ita Genus seruari vidi tempore syndicatorum D. Vulpellandi.

78. ¶ At contra officialem procedendum non est cum scrupulosa inquisitione in syndicato, aliquin nernus iustitia frangeretur, autoritas iudicium deprimere, atque vilesceret, & successores exemplo prædecessorum lento gradu iustitiam pauidi administrarent, Grammat. cons. 54. num. 3. Ab omnibus tamen Iudicibus probis, & practicis abhorrentur officia illa, in quibus de more subditi quætelis triumphant contra Prætores, Baiard. ad Clar. quæstio. 73. versic. item iudex, num. 38. & 39. Sed nimirum, quia Iudices, & Prætores in exercendo officium suum inter partes diuersas, sunt tanquam scopus ad sagittam, præsertim officiales exteri, qui radices parentelæ non habent in Prouincia, vbi ius dicunt, sed amicitias fictas donec Fortuna durat, & dum corrigunt, & castigant nulla habita acceptione personarum, multorum odia incurrunt, & ab amicis, & propinquis odentium persequuntur, vt in multis partibus multos experientia docuit, absque aliena fide, ita dicit B. ill. in tit. de offic. corrupt. pecun. num. 35. & melius Franc. Tontul. vor. 6. num. 1. 2. & 7. 9. ac 10. & cum omnibus complacere nequeant, multi falsi testes inueniuntur, ad vota accusatorum, qui iudices calumniantur, vt inquit Abb. in cap. qualiter, & quando, il. 2. extra de accusat. refert Dulcer. de syndic. num. 26. quod quidem non sequitur vbi canes sunt ligantur, & oculus domini equos pinguefacit.

79. ¶ Prætorum Iudex excusatur à dolo ex qualibet causa, etiam leui, si rectæ intentionis sit, secus si malus, & iniquus, Boss. in tit. de Decret. Mediol. sub num. 19. Amad. de syndic. nu. 149. versic. simili modo, Tontul. vor. 7. num. 9. & 10. Et idè aures D. Syndicatoris non sunt facile querelantibus præbenda, nisi contra illos Iudices, Prætores, Capitaneos, & huiusmodi, qui munere publico alijs præsumunt, & partialitates causant, conuenticulas fouent, & lucri sunt auidi, ac participes, sed in dubio hæc non præsumuntur, nisi probentur, l. merito, ff. pro soc. Porro syndicatorum debent bene aduertere ad fallacias, calli-

calliditates, imposturas, fraudes, malitias, & machinationes, ac persecutiones, quæ solent præparari contra Prætores, & Iudices, & harum naturam declarat Cagnol. in l. fraudis interpretatio, num. 5. de reg. iur.

80 ¶ Fraudem, ait, proprie esse, quando simulatur permissum, & reuera agitur prohibitum, iuxta Bald. in tit. si de feud. fuer. controuers. inter domin. & agna. in §. beneficium, ubi dicit, quod cum simulatio sit de permissio, non vitiat, quia est de permissio ad permissum; Item quando actus sit per prohibitos, non vitiat, tanquam simulatus, sed tanquam prohibitus, sit etiam fraus vendendo quod pignori datur, & accipitur pro crimine à Vulp. in tit. de edil. edict. in l. 1. per tot. illum tit. & fraus fit per eum qui ad deceptionem alterius, aut sui commodum, aut verum tacet, aut falsum exprimit, Bertazol. consil. 374. num. 3. & fraus ponitur inter casus difficilis probationis, Crauet. consil. 143. nu. 12. quem allegat Menoch. de arbit. cas. 116. num. 13. ubi ponit ea, quæ sunt difficilis probationis, vt atas, filiatio, partus suppositus, simulatio contractus, Iudicum captiuitas, adulterium, simonia, fraus, furtum nocturnum, adde, & omnia alia delicta nocturna, tractatus, matrimonia clandestina, metus, animus, & voluntas; Sed tortura non fit, quia iudicialiter plurius interuenientibus fit, nisi Iudex velit contra conscientiam auxiliari nocenti, quia Betuarij stant foris (vt audiui) & de ijs omnibus latè Mascard. passim in suis conclusion. materia verò fraudis odiosa est, ideoque de ea clarè constare debet, Mascard. conclus. 1175. num. 15. tom. 2. & conclusio. 815. tom. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. lib. 4. præsumpt. 81. num. 29. ubi in dubio fraudem non præsumi, nisi in Aegyptiacis, seu Cingaris, balatronibus, lenonibus, meretricibus, minacis, cantonibus platearum, nautis, cauponibus, stabularijs, de quibus apud Orat. & huiusmodi; & potest probari etiam per coniecturas, & præsumptiones verisimiles, iuxta qualitatem personarum, sed probatio per coniecturas, & præsumptiones cessat, si incontinenti oblata sint probationes, ab eo qui fraudem probare dixit Menoch. lib. 2. præsumptio. 47. num. 1. & multa collige à Mascard. quaest. 814. & 815. nisi posita fuerit clausula, non se adstringendo, de qua per Bart. in l. Diuus & ibi Dd. de re iudic. Bald. in l. non ideo, C. de lib. cau. Abb. in cap. dicti, num. 16. & ibi Apostil. in ver. non se adstringens, de re iud. Marant. in 6. par. actu 1. Pap. in form. lib. & c. in act. real. gloi. non se adstringens. Vital. tracta. clausul. libello. fol. 703. & nota, quod semper fraudatores acrius sunt puniendi, quam fures, vt inquit Batard. ad Clar. quaest. 83. num. 13. & iura subueniunt deceptis, & nunquam decipientibus, ff. de pign. act. l. si rem. §. omnia pecunia, glo. fin. Hinc est quod post multos annos factus certus de pelui, & vreo argenteis mihi furatis, obtinui ab eamente. Fallacia autem descendit à verb. fallo fallis, quod est decipere aliquem, Cagnol. in d. l. fraudis, num. 5. de regul. iur. & de his per Nauar. Manual. confess. cap. 17. num. 177. vi. Bald. in l. non dubium, sub num. 18. C. de leg. & in Reper. in ver. fraus.

Calliditas verò, & astutia idem sonant, & ad ingenium referuntur, sed scientia, quæ est remota à iustitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda, Cic. de offic. lib. 1. Et versutus est cu-

ius mens celeriter versatur, idem Cic. Machinatio autem est ars ad decipiendum verbo aut facto, l. 1. §. 1. ff. de dol. Cagnol. d. num. 5. & est inuentio mala contra aliquem animo dolo, & iniuste composita, quæ quidem probatur, sicut de fraude supra dictum est, vide Bertazol. consil. 374. & ibi addit, & etiam ibidem quid sit dolus, de quo sup. num. 31. & 70. & de dolo præsumptio apud Bar. in l. quod Nerva. ff. de pos. & ex doctrina S. Thom. 2. 2. q. 118. art. 8. colligitur duplicem esse dolus; nam dolus quandoque fit verbis, & appellatur fallacia, de qua sup. num. 31. quandoque fit rebus tantum, & vocatur fraus; Itaque dolus genus est, & comprehendit tam circumventionem, quæ fit verbo tantum, quam illam, quæ fit tantum facto, vel vtroque modo; de ijs omnibus apud supradictos, & per Mascard. de probat. conclus. 531. & 532. ubi diffusissime, sed dolus consistit in animo, & animus ex facto percipitur, & facta sunt diuersa, quæ sæpe numero etiam prudentissimos fallunt, l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. In aliquibus excusatio tenet, vt in iracundia repentina, in protuocatione, & in supplantationibus; in aliquibus non, vt in incorrigibili, in solito delinquere, in casibus pensatis (circumscripta necessitate) & huiusmodi; vnde machinatio continet dolum verum ad decipiendum alterum, l. 1. §. dolum, ff. de dol. malo. Et dolus præsumptus dicitur, quando quis inuenitur læsus, & à læsione ipsa præsumitur dolus, tamen potest esse, vt quis præter animi intentionem deceperit, de hoc Bertazol. d. consil. 374. nu. 5. vo. 2. ubi & de dolo, de fraude, fallacia, machinatione, & calliditate; & qui est solitus delinquere, semper est in dolo, l. semel, de regul. iur. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 123. & ex qualitate facti, & personarum, dolus præsumptus colligitur, idem Menoch. de arb. cas. 308. & cas. 309. ubi iudicis arbitrio relinquitur, quando dolus præsumitur, & multos allegat Baiar. ad Clarum in §. falsum, num. 253. An autem validitas, fallacia, & machinatio idem sint, vide Decia. de delict. tom. 1. lib. 1. cap. 4. fol. 3. ubi etiam quotuplex dolus sit, & quidem omnia hæc sonant in deceptionem, licet per diuersa; vnde eundem effectum, & sub eadem dispositione censentur, l. legata inutiliter, de adim. leg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. l. quandiu, C. de impu. per l. illud, ad leg. Aquil. cum similia, quia ubi eadem ratio, ibi idem ius, & ubi habetur effectus, de modo non curatur per dicta iura. Postremo impostura est, quando pro auro venditur orichalcum, pro argento electrum, & compositores circumueniunt emptores, & eos decipiunt, l. 3. de crim. stellio. D. Menoch. de arb. cas. 383. Clar. q. 83. versic. si quis imposturam, ubi narrat de quibusdam impostoribus, qui torquibus adulterinis decipiebant viatores, qui postea iussu Senatus publicè fugitati fuerunt, & pariter acrius sunt puniendi impostores, quam fures, Io. Bapt. à S. Seuer. in l. cunctos populos, col. 1. in vlt. repet. C. de sum. Trinit. & fid. Cath. quos Zuntatores appellat, et sequitur Marf. in sing. 318. sui rogatus. Iacob. Nouell. in sua pract. & theor. ci. c. furtum, num. 25. quos adducit Baiar. ad Clar. q. 83. num. 13.

81 ¶ Nam permultis terminis indebitis, subdolisque artibus vtuntur, qui proprijs passionibus ducti, & victi excæcantur, & non erubescunt, aut eos erubescere non pudet, in decipiendo iudices, in machinando contra ipsos imposturas, & per-

secu-

secutiones toto posse, & ne detegantur tractatus
(ut plurimum) immiscet inter laicos aliquam
personam Ecclesiasticam, ut in coniurationibus,
& compostellis, in quibus ad effectum, ut Iudex
laicus perquirendo veritatem impedimentum
inueniat, & obstaculum ob personam Ecclesia-
sticam, contra quam procedi non potest per lai-
cos iudices, & ut vulgo dicitur, *inchiodano l'arti-
glia*, & ab huiusmodi persecutionibus Deus
omnes adiuuet, à fictisque amicis nos defendat;
82 † plus enim nocet lingua adulatoris, quam ma-
nus interfectoris.
83 † Hic quosdam casus fraudulentos ponam, ut
Iudices magis cauti fiant, tam in iudicando, quam
in syndicando; Aded enim proclivis est decipien-
di via cum falsis characteribus, literis, & scriptu-
ris, ut vix Principes, & Reges cauere sibi possint
à falsarijs, ut supra in 3. par. num. 102. dixi de illa
muliere, quæ binas schedulas falsas in iudicio ex-
hibuit, & ex forma papyri, sigilli, & ceræ, quæ tunc
temporis in usu non erant quando videbantur
subscriptæ, falsitas detecta fuit; & proh dolor, tot
testamenta falsa, tot instrumenta, quæ nunquam
fuerunt in rerum natura, tot Epistolæ scriptæ si-
nguntur, tot Principum rescripta, ut Mundus tot-
us ferè in discrimine ponatur à nefarijs homini-
bus, qui talia falsa componunt, & similem for-
mam literarum, & characterum manus, & scri-
pturas conficere sciunt: quare non mirum, si ferè
vbique sunt rigorosissimi ordines contra falsa-
rios. † Item in sacco mulionis sal immissum fuit
eo infcio, & dum in publica platea venditioni
exposuit, accusatus fuit; verum cognitum fuit eum
carere dolo, postquam publicè exposuit, nam veri-
simile non fuit ipsum mulionem sal contra
Decretum occultè exportare, & postea in publi-
co venundare; nihilominus vexatus magnis im-
pensis, & carceratione, ignarus contra quem se
verteret, indubité passus est.
85 † Quid de infelici astutia malignantium, qui
arma prohibita in arca absconderunt, vel sub-
cubili suorum inimicorum, & data notitia curiæ,
& visitatione facti sclopis que paruis repertis, &
ob talem inuentionem dominus domus tortus,
& diu in carceribus detentus, tandem innocens
repertus fuit, non per purgationem torture, sed
quia in capsula sclopeti repertum fuit sclopetum
esse illius, qui supposuit, qui captus statim impo-
situram falsus: similiter de altero, qui pugionem,
seu stilem cuiusdam inimico accingi fecit, dum
attentus sedendo mimos audiret, sed iudicatum
fuit non esse in dolo, cum talia arma prohibita
palam non deferantur, & quidem similes impo-
situra valde proclives sunt.
86 † Accedit de eo, qui pecuniam ab amico sibi
traditam accepit, ut ad creditorem deferret, quam
in proprium usum conuertit, fingens incidisse in
laciones, & plura vulnera sibi intulit non leuia,
multosque accusauit, qui secretè sui erant mi-
nici, & carceribus, expensis & torture vexati fuere,
ipse verò excusatus, tandem voluntate Dei falsus
est suam fraudem. † Et iste quidem nedum te-
nebatur pro illatis sibi vulneribus, ac si alteri si-
milia vulnera intulisset, Ioann. Andr. ad Specul.
§. 1. versic. prælibatum, de pæn. Peregr. de iur. fisc.
fol. mihi 105. Clar. quæst. 68. versic. seipsum occi-
dere, & Grammat. decisio. 44. Menoch. de arbitr.
cas. 204. Catal. de syndic. sub num. 96. vbi multos
alleg. præsertim Spec. in tit. de pæn. §. 1. ver. fe-
cundo quæro, licet Decia. in materia statuti velt

non teneri, nisi pœna arbitraria, tract. delict. lib. 9.
cap. 4. num. 5. tom. 2. & cum eo transit commu-
88 nis opinio, quæ mihi verior videtur. † Siquidem
minus delinquitur in seipsum, quàm in alium, se-
cundum leges ciuiles; nam alienorum membro-
rum nemo est dominus, sed suorum membro-
rum usufructuarius, & regula loquitur per verb.
videtur quod improprietatem demonstrat, l. liber
homo, ff. ad leg. Aquil. Ultra quod in se peccans
hoc modo pœnas quodammodo luit, secus in
alium, sed maiori pœna est plectendus propter
furtum, & quidem pœna stellionatus, d. l. 1. de
crim. stellio. & qui se ipsum debilitat, ut mendi-
care valeat, est ac si alium ad hunc effectum de-
bilitaret, Rip. tract. de peste, tit. de Remed. prefer-
uat. num. 175. & eum refert, & sequitur Caball.
89 Cas. Cri. 178. nu. 10. † De furibus tot sunt frau-
des, quot sunt frondes arborum; de inuidis tot in-
ueniuntur, quot folia inuidiæ; de adulatoribus
tot, quot sunt cepæ, & earum corticula; de mali-
gnantibus magna quantitas, & de ribaldis non
est numerus; Sed quid de illis, qui ad decipien-
dum Prætozem afferunt involucrium præcepto-
rum (ut dicitur) magnum fastellum, & intus la-
tet aliqua inuita ordinatio, ut cum subscriptione
aliarum pertranseat, & ab incauto iudice subscri-
batur, quæ tempore syndicatus editur cum testi-
bus dicentibus iudicem pecuniam recepisse pro
hac subscriptione, eo quia viderint illi exhibere
pecuniam ab illo, qui subscriptam obtinuit ordi-
nationem, licet solutio quidem facta sit, sed alia
90 de causa pro debita mercede. † Quot etiam mu-
nera calumnioli asserere solent fuisse missa ad
Prætozem, quæ nunquam vidit, nec recepit, &
propèriam Prætorij duo cerdones, seu zauati-
ni habitantes de eis testimonium perhibere,
dolos erat, nam ferens munera detegebat ea in
ingressu Prætorij, ut à Zauatinis ad minus viderentur,
deinde simulabat furtum detulisse, at
statim cum eis sub pallio absconditis exhibat for-
as, & asserere hilari animo à Prætoze accepta
fuisse, quod verum non fuit, & tempore Syndi-
catus promouebant ij præmeditatas querelas, &
detecta ab ipsis portatoribus fraude, Prætor in-
columis remansit, sed heu quot maligni spiritus,
quot persecutores? & nisi gratia Dei Iudices
protegerentur, vix vllus à calumniarum insi-
dijs euadere possit, sed Deus malorum est vin-
dex, eorumque protector, qui rectè iustitiam ad-
ministrat; scriptum est enim, Nunquam vidi ius-
tum derelictum, nec iusto vnquam malignum
tandem præualuisse, ut not. Spec. in tit. de Ad-
uoc. §. 5. versic. commendat autem, & §. 6. versic.
nunquid. Multa adhuc dici possent, quoad ea su-
per quibus Iudex syndicati potest, verum quia
tam copiosè per Puteum, & alios scripta experi-
untur, superfluum duxi omnia aliorum de-
scribere.
91 † Nunc de munere, & officio D. Syndicatoris
dicturus, in primis sciendum est, quod carere de-
bet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere,
92 l. iustas, C. de iur. fisc. † Vnde non creditur ei,
qui dicit habere bonam intentionem, si malè
agit, & lucem odit, Luc. 11. Debent Syndicato-
res esse zelo iustitiæ freti, non autem pecuniæ, &
sanguinis iudicium auidi, ne amittant in vno
mense, quod sudore per tantum tempus acqui-
sierunt. At malè res moderantur ab illis, qui nun-
quam syndicati subiecti fuerunt, sicuti malè iu-
bet, qui prius parere non didicit.

93 † Habent syndicatores merum, & mixtum imperium in officiales, Puteus de synd. in verb. iudices ad syndicatum, cap. 1. num. 9. Bart. tract. de iurisd. col. penult. Rondinel. de syndic. num. 184. Debent banna emittere in locis consuetis cum termino peremptorio ad querelandum, iuxta morem solitum, & prout supra dictum est, & syndicator non habens facultatem expressam in diplomate, non potest arctare tale tempus, neque prorogare, cum sit à iure limitatum cum ministerio hominis, Bart. in l. secunda, de re iur. l. sequitur Put. in verb. officialis, cap. 6. num. 2. sed ferè vbique sunt statuta, & ordinationes formam certam tradentes, tam circa tempus, quam circa modum querelandi: Formatur insuper inquisitio generalis, de cuius forma plenè per Amad. eod. tract. à num. 4. cum mult. seq. in qua narratur omnia, quæ omitti & committi possunt ab officiali in officio, † licet hodie secundum aliquos bannum sufficiat pro dicta inquisitione generali, sed quicquid sit officialis debet respondere negando non absolute, vel simpliciter, sed conditionaliter, videlicet negando narrata prout narrantur, quia hoc modo non est merè negatiua, nec merè affirmatiua, sed implicita responsio, ita vt non possit argui, vt incurrat pœnam contra negantem, de qua in l. fin. ff. de rei vendic. nec tanquam confessus possit pro condemnato haberi, iuxta l. primam, C. de confess. Ias. in l. cum qui, num. 9. & 10. & seq. ff. de iure iur. Pap. in for. resp. rei. gl. in verb. narrata, & ibi apostill.

94 † Deinde per officiales solet dari fideiussor de stando, & parendo syndicatui, & iudicatum soluendo, Amad. nu. 12. & 13. Hinc vana fortè videtur peritio huius fideiussionis, cum ab initio officij est cautio data de benè, & legaliter exercendo officio, ac de stando syndicatui, vt fit in Statu Mediolani, & in Regno Neapolitano, sicut refert etiam Put. dict. tract. in verb. fideiussor, cap. 1. nu. 6. vltra quod si Index, aut alter officialis est forèlis, difficillimè inuenitur, qui velit pro eis fideiubere: vnde eo casu sufficit cautio iuratoria, per l. 1. C. vt omnes causæ, & in auth. generaliter, de Episc. & Cler. Put. in verb. fideiussor, c. 1. & de huiusmodi cautionibus latè dixi sup. in 2. p. sub nu. 172. vbi nu. 179. & 180. dixi esse arbitrarium Iudici, quid in criminatibus, & qui sub iuratoria cautione relaxandi: & reuera vbi non agitur causa capitalis contra officialem non solet carceri mancipari, nisi si esset etiam mala vocis, & fama, & in alijs officijs malè se gesserit, Amad. de synd. & Dilect. nu. 20. & 28. Rondinel. nu. 158. sed imputandum, qui malam electionè fecit, Put. in ver. familiaris, c. 3. nu. 17. cū seq. & quando immineret suspicio fuge, gl. co. in §. oportet, in auth. vt iud. sine quo. suffrag. intellige, vt supra num. 77. si querelæ essent valde graues, & fama volaret, quia hoc in casu non est itandum iuratoriæ cautioni; at in dubio officialis non debet arctari, neque grauari per detentionem, si fideiussorem non inueniat, sed cautio iuratoria sufficit; alioquin officialis diceretur grauari concussionem, si grauaretur fideiussione, l. quoties, C. de dignit. lib. 12. Et nota, quod si fideiussor promittit de stando syndicatui tempore statuto si illud prorogetur, fideiussor non tenetur de querelis nec de alijs, quæ tempore prorogato emergerent, sic tenet Bald. in l. Hermes, in princ. C. de locat. Bart. in l. fin. C. de pact. Marf. de fideiuss. num. 93. 94. & seq. Muscatell. Regnicol. in sua

pract. de fideiuss. par. 1. modo 14. vbi dicit, quod aliud est fideiubere simpliciter, de stando syndicatui, aliud est fideiubere de stando, & parendo syndicatui, primo casu lata sententia fideiussio expirat, per l. graue, §. post litem, ff. de fideiuss. Put. de syndic. in ver. fideiussor, nu. 5. secundo casu fideiussio post latam sententiam adhuc durat, Bart. in l. si quis, ff. de custod. reor.

96 † Verum si D. Syndicator bonæ intentionis sit, & Dei timoratus, vultque rectè, ac ritè se gerere, hoc sanum de corde consilium exequatur, vt ante omnia extraiudicialiter se benè informet de vita, & moribus officialis syndicandi à personis probis, & fide dignis; & etiam à personis Religiosis, exemplo boni Phylsici prius inquirendo de origine rei factæ, vt ait Rot. Luc. Maggo. decis. 1. num. 21. & legitur de quodam Iudice à spinis plurimorum persecutorum suffocato, aded vt in syndicatui succumberet, qui tamen ad nouas defensiones opera sui Confessoris admissis innocens repertus fuit, & cum laudè dimissus: sed quid, & quantum prodesse possit Confessarius reo innocenti declararunt Pont. Pius VI & Gregor. XIII. & vide Henriques lib. 3. de sacr. pœnit. cap. 23. qui citat Couarru. cap. Almy Mater. 1. par. §. 11. nu. 26. lib. 2. variat. resolution. cap. 10. num. 3. & 6. & multos alios.

97 † Caueant pariter à fide litigantium, & interestatorum, vt etiam admonet Io. Bot. in suo tract. de ratio. stat. lib. 1. vbi de continentibus Magistratibus dat exemplum veræ iustitiæ illius Sereniss. luminis Cosmi Medices magni Etruriæ Ducis, cuius memoria in secula viuet, quandoquidem veritati studabat, inuigilabatque, nec decipiebatur, quippe qui à fidis, & diuersis exploratoribus minimè interessatis, neque adulatoribus, & inter se ignotis certior benè factus, tam de gestis à ministris & officialibus, quam ab alijs, cautè & oportunè prouidebat, & nugis nunquam locus erat apud illum, sed veritatem digito ferè tangere volebat. At in proposito huius secretæ indagationis sumenda per D. Syndicatorem, id etiam videtur esse de mente Excell. Senatus Mediol. ex Decreto edito die 14. Nouembris. 1577. in his verbis:

98 † Syndicatores eam in primis præcipuam curam habeant, vt omni diligentia eorum, qui censuræ suæ subijciuntur, actiones & vitam inquirant, & post consuetorum edictorum publicationem, & quæ sequuntur: aded vt ante edictum de querelis porrigendis, mandat ordinatio illa, vt de vita, & moribus officialis omni diligentia inquiratur, & sic iudicialiter, & extraiudicialiter ad effectum, vt in progressu syndicatus per impostores non decipiatur, & eodem modo Syndicator debet se informare, an aliquæ factiones, seu partialitates in loco officij vigeant, num aliqui sint, qui inquietè viuunt, & soliti sint querelare, ac molestare Prætores tempore syndicatus, & an aliqui contenderint cum Prætoribus, & minati sint, ac contemptores iustitiæ existant; Item an moniti, correcti, castigati que fuerint à Prætoribus, & deinde persecutiones parauerint, & vociferauerint tempore syndicatus vindictam sumere.

Quibus præambulis adhibitis, D. Syndicator vt benè informatus hinc inde, sciet in quam partem arbitrium suum inclinare, & quibus erendum; nam si reuera benè de Prætoribus audierit, vt præuentus calumniantium iniquitatibus r epulsam dabit, vt admonet Put. in verb. syndicatorum

catorum officium, c. 1. nu. 2. & in ver. officium Iudicis, c. 1. nu. 3. & seq. vbi ex officio tenetur repellere eos, quos constat ius agendi non habere, sic docet Imperator in Proem. Instit. Deinde more solito generaliter inquirere poterit contra Præto-rem, & eius familiam, recipiendo informationes penes acta, aduertendo, ne quis indebitè damnum patiatur, vel alieno odio grauetur, iuxta l. fancimus, C. de pœn. l. si quis, de inoff. test. † Erga verò probos Iudices (de quibus benè audiuit ab extra) mitem, nõ seuerum, sed duicem, a c benignum se præbere debet, refrænans rabiem malignantiũ, & eorum circuitibus viam præcidendo. Ceterũ contra iniquos, & proteruos Iudices, quos malos, ac malæ intentionis esse audierit, debet esse rigorosus, vt quod in personam aliorum ipsi egerint, in seipos seruari non mirentur, & in futurũ discant, l. 1. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. vt cõtrariorũ eadẽ sit disciplina, l. j. ff. q. q. iur. Damas. reg. 53.

99 † At stante bona voce, & fama Iudicis probi, saltem in genere, statim concipitur mala præsumptio contra querelatores; & eò magis contra solitos querelare, reg. semel malus; q̄ a calumniari solitus semper calumniosus præsumitur, Menoc. de præsumpt. præsumptio. 2. 1. nu. 4. & 5. præcipuè quando tanquã calumniosus, aliàs condemnati fuerunt, facit tex. in l. Athl. tas, §. calumniator, & ibi glo. ff. de ijs qui infa. irrog. & tot. tit. C. de infam. Peregr. de iur. fisc. tit. 1. nu. 2. Farinac. de accusat.

100 q. 16. nu. 6. & 7. cum ibi per eum adductis. † Et querelantes officialè, & succumbentes appellatur infames, qui querelam infamatoriam iustificare nequeunt, Boss. de offic. corrup. pecu. nu. 38. vbi et dicit huiusmodi calumniatores pœna capitali puniri debere, idem in tit. de senten. nu. 29. & est cõmunis opinio, de qua testatur Abb. in c. testimonium, col. 5. extra de test. Caball. Cas. Crim. 166. nu. 10. 11. & 12. & seq. Dulcet. de synd. nu. 22. & 23. vbi etiam in confiscatione bonorũ, in damnis expensis, & interesse, Menoch. de arbit. cas. 322. vbi pulchrè contra hos calumniatores loquitur,

103 † qui non probant contenta in querela in totũ, succumbere dicuntur, etiam si in parte præbent, & sunt puniendi, Bart. communiter approbatus in l. denunciaste, §. quid tamen, vbi distinguit, ff. de adult. Clar. q. 62. vers. dixi, Rondinel. de synd. nu. 66. & seq. Farinac. de accus. q. 16. nu. 6. cum seq. & hic nota, & tene perpetuò mēti, q̄ si quis querelat Prætozem, & dicat aliquid cõmississe, vel omis- sisse culpa, dolo, vel barataria in contemptum ordinum, vel aliter, ex quibus qualitatibus infamia Iudex, aut Prætor grauetur, q̄ expedit probare in specie oēs has qualitates, vt pulchrè sentit Menoch. loc. cit. cas. 322. vide infra num. 179. in fin.

104 † Nam qui se fundat in aliqua qualitate, illam probare debet, vt dixi sup. in 4. par. nu. 35. 36. cum mult. seq. est tex. in l. habeat, in princ. ff. de instit. act. l. denunciaste, §. 1. de adult. & debet probari qualitas, tã in agendo, quã in excipiendo, Plot. in l. si quando, nu. 354. & seq. C. vnde vi. Nam fieri potest, vt Prætor cõmiserit, vel omiserit id, de quo imputatur, sed nõ cum illa mala qualitate in querela deducta, quo casu est omninò absoluen- dus, l. in l. 1. col. 3. secundo not. de leg. 1. Hipp. sing. 587. incip. qualitas, & in præct. §. quoniam, nu. 61. in fin. Bald. conf. 431. vol. 4. Cœpol. confil. crim. 36. incip. esto q̄ in actis, Rol. col. 45. nu. 11. cum plur. seq. vol. 3. Soc. sen. conf. 36. vol. 2. Tob. Non. conf. 98. nu. 1. & 2. Monticell. reg. 1. nu. 36. Cæphal. conf. 230. nu. 28. lib. 2. & alios adducit Fa-

rinac. de inquisitio. q. 1. nu. 28. vbi num. 24. infert ad multa. Primò, quod delictum dicatur inquisi- tione, aut querela commissum ab vna persona, & probatur de alia, sequi debet absolutio, d. l. de- nunciaste, §. quid tamen. Secundò infert, quod si mandatarius est inquisitus, tanquam principalis, non punitur, Ioan. Monac. in reg. qui per aliũ, facit Marf. præct. §. & quia, nu. 15. Clar. q. 31. ver. super quibus, vbi, idem si principalis inquiratur de auxilio. Tertiò, infertur idem, vt supra, si man- dans inquiratur de consilio, & e contra, Bald. in l. hæc verba, ff. de ijs qui not. infam. Alexand. con- sil. 128. vol. 4. Ruin. confil. 6. num. 7. vol. 5. Quar- tò infertur, quod si in inquisitione proponatur v- num delictum, & probetur de alio, de probato non possit sequi condemnatio, Boss. in tit. de in- quisitio. nu. 82. quæ opinio est magis communis, secundum Farinac. nu. 27. infertur vide infra nu. 185. Quintò, quod si in querela fuerit deductus dolus, & solum iustificetur de culpa, non possit puniri, Bald. in d. confil. 431. vol. 4. & Oñasc. con- sil. 65. vol. 43. cum alijs per Farinac. adduct. d. nu. 28. Sextò infertur, quod si in querela sit deductũ tempus, locus, & mensis, & non constet, querela non sustinetur, sed debet absolutio sequi, Bart. in l. Pantonijs, §. 1. col. 1. ff. de acq. Hier. Gomez. tit. qualiter formetur accusatio, num. 2. & de ijs apud Mascard. de probat. concl. 28. & per multas alias concl. tandem hæc cessare limitat idem Fa- rinac. nu. 32. quãdo in fine querelæ adest † clau- sula, super quibus omnibus, & singulis annexis, petijt sibi ius, & iustitiam ministrari: de qua clau- sula Dec. in c. cum dilectus, de or. cogn. Felyn. in c. ex parte, nu. 46. extra de rescript. Clar. q. 12. vers. sed quid si accusator, Blanc. præct. crimin. §. visis indicijs, nu. 100. Idem si Syndicator procederet sola facti veritate inspecta, Farinac. nu. 33. Bart. in l. Aemilius, ff. de minor. vel adest clauisula, om- ni meliori modo, vel, non se adstringens, de qua supra dixi, & de ijs videantur Gomez. de delict. qualiter formetur accusatio, num. 4. 5. 6. & seq. & omnes quos Farinac. adducit à d. nu. 24. vsque ad nu. 40. Verum quicquid sit inter priuatum, & pri- uatum, secus inter priuatum, & Iudicem, per ea quæ supra dixi per doctrinam Baldi cõmuniter receptam, in d. l. denunciaste, §. quid tamen, de a- 106 dult. † Et si virtute dictarum clausularum in fi- ne positarum, querelans non esset condemnan- dus, tanquam calumniosus succumbens, hoc nõ procederet, si petijset Prætozem carcera- ri, vel corporaliter puniri, quia dicta clausula non saluat, si non est probata qualitas deducta, per quam esset carcerandus, & corporaliter puniendus; nam dicitur tentasse querelam infama- toriam, & non ad interesse tantum, vt pulchrè per Bald. d. confil. 431. volum. 4. Surd. confil. 24. nu. 18. par. 1. vbi quando generaliter sit petitio, & ponuntur in fine dictæ clausulæ, tunc operantur, & Alex. ab eo allegatus confil. 121. nu. 13. vol. 1. videtur facere differentiam inter accusationem. & inquisitionẽ, per quam ex officio Iudex pro- cedere potest, secus in casu querelæ contra Iudicem, & sicut virtute dictarum clausularum se- qui potest condemnatio, Clar. quæst. 66. vers. sed quid pro parte, & q. 12. versic. super quibus, & q. 90. vers. vltimo, & per Farinac. d. q. 1. nu. 33. pari- ter pro parte, pro qua querelator calumniavit of- ficialem debet puniri, vt in iudicij æqualitas seruetur, l. 1. ff. quod quisque iur. vltra quod Iu- dex nõ tenetur, nisi de dolo, & barataria, vt supra

num. 61. quibus intentatis, & non probatis, accusator cōdemnari debet, l. qui accusare, C. de eden. & pro hac opinione, quod qualitate non probata debeat sequi absolutoria in totum, Angel. de Vbal. in rep. l. si vacantia, nu. 189. C. de bo. vac. vi detur facere Ro. conf. 110. Mascard. cum ibi per eum adduct. de probat. concl. 1254. nu. 57. 60. 62. 72. 73. 74. & sequi. consuetudo est altera lex, l. minime, de leg. & à consuetudine hæc duæ qualitates requiruntur, vt Iudices syndicali possint, scilicet dolo, vel barataria interuenientibus, vt supra num. 61. & cum aliquam istarum querelatores deduxerint, præsumendum est pro principali fundamento eam deduxisse, qua de re probare debent per supradicta, & non probando sunt puniendi: ex quo per eam actio datur, Clar. d. q. 66. vers. quid si pro parte, præsertim in causa syndicati, cum apposita contra officialem sint magis punibilia, quam contra priuatum, vt in l. 1. ff. de publ. & priuat. delict. Boss. in tit. de offic. corrupt. pecun. num. 37. vbi pœna iniuriarum est mortis,

107 & infra dicam. † Hinc est etiam, quod contra alias personas in delictis occultis, & difficilis probationis sufficiunt probationes, etiam non ita perfectæ, vt supra dixi in 3. par. num. 72. & 73. tamen contra Prætorem in syndicatu non sufficit semiplena probatio, vel probatio coniecturalis, vel præsumptiua, Put. de syndic. in ver. probatio. c. 2. nu. 3. & 4. etiam si versaremur in occultis delictis, gl. sing. in l. iurisdictionum, §. quod ferè, ff. de pact. & est communis opinio, Ioseph. Cum. c. 14. nu. 34. Bertazol. conf. 71. nu. 11. & 12. vol. 1. Menoch. de arb. ca. 116. nec probatio debet esse generica, sed specifica, & in indiuiduo, Dd. in rubr. & in l. 1. C. de eden. sed omninò oportet, vt probationes sint plenæ, & perfectæ, ac luce meridiana clariores, Dulcet. de syndic. nu. 24. Hiero. Chiac. d. suo conf. nu. 107. vbi latè Luc. de Pen. in l. Iudic. ces. C. de dignit. lib. 12. & dicitur † clara probatio, quando testes sunt fide digni contestes, & bonam, ac sufficientem rationem assignant, & non contrariantur, vt dixi in pract. de test. in 4. part. nu. 125. lit. P. & nu. 138. Gomez. de proba. tom. 3. c. 12. nu. 12. & de ratione addenda à teste, in dict. pract. p. 3. nu. 85. & 95. Campeg. de test. cōcl. 208. Felyn. in c. ex literis, de præsumpt. & testes de certis, & vera scientia specificæ, & sine inuolucro verborum loquuntur, aliter dubia dicitur supra nu. 56. Quinimò probationes cōtra officialem probum (quamuis clarè appareant) framen eliduntur, dubia que fiunt, ex quali quali iudicis probatione cōtraria, seu antidoto defensionali, ita Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. nu. 2. Clar. §. fin. q. 56. vers. sic, & in hoc proposito, Bart. las. & Dd. in l. non solum, §. sed & reprobari, & §. respiciendum, ff. de nou. oper. nunciat. Grammat. cōf. crim. 67. nu. 14. quia pro officiali multum præsumitur, Boss. de offic. corrupt. pecun. nu. 14. Brun.

110 à Sol. d. q. 51. nu. 67. † Et personæ, quæ in testes contra officialem in syndicatu admitti non debent, sunt illi, qui incarcerationati, inquisiti, torti, vel cōdemnati fuerunt à Prætore, amici, & agnati querelantium, nec minus qui querelauit Prætorem, potest perhibere testimonium contra eum super querelis aliorum, dixi de ijs omnibus latè in pract. de test. 4. p. nu. 17. lit. N. Nec debent admitti, qui durante officij se congregauerunt, & vnionem fecerunt, vt officialis remoueretur, vt in d. 4. par. num. 117. nec mediatores intercessati in causa criminali: in ciuili sic, in defectum aliarum proba-

tionum, Rondinel. de syndic. nu. 69. & 70. Catal. eod. tract. & infra dicam in gl. testes. Item reniuntur soliti querelare officiales, Peregr. de iur. fisc. tit. 1. nu. 2. ver. quod ego, lib. 2. vbi multò minus admittitur, si etiam tanquam calumniosus quis fuerit aliàs condemnatus, repellunturq; testes ignoti, l. fin. ff. de pecul. leg. & in d. 4. part. de test. & ij si admittantur de facto plenam fidem non faciunt, Dulcet. tract. syndic. nu. 29. 31. & 32.

111 † Nec defertur iuramentum in supplementum probationis, Rondinel. nu. 137. Sicuti regulariter non datur in causis criminalibus, in pract. de test. car. 103. lit. F. & Farin. de inquisit. q. 161. nu. 42. cum seq. vbi dicit, quod semiplenæ probationes non sufficiunt ad excusandum querelatores in syndicatu. Nec probationes imperfectæ coniunguntur in criminalibus, ita Brun. d. quæst. 51. nu. 78. vers. ad quartum, vbi fit regula, quæ singula non profunt, nec simul iuncta iuuant, nu. 80. & 86. vbi de communi Menoch. conf. 98. nu. 12. vol. 1. † Pro Iudice verò admittuntur testes de sua familia, quādo quæstio non tangit eos, l. consensu, §. super seruis, C. de repud. Rondinel. de syndic. nu. 148. & seq. & quando veritas ab alijs sciri non potest, vt in pract. de test. in 3. par.

Querelare Prætorem in syndicatu, non possunt de iure illi, de quorum interesse non tractatur, nec alius nomine alieno, nisi doceat statim de mandato, vt dixi supra à num. 49. & 50. Nec priuatus potest tanquam vnus de populo querelas, aut notificationes contra Prætorem porrigere, quæ continent causam tantummodò priuatam, & non publicam; nam ipso facto, tanquam calumniosus est repellendus, Aret. in cap. 1. de accusat. dixi supra in 4. par. num. 283. tum quia sua non interest, gl. in l. fin. ff. de priuat. delict. tum quia publicum non tangit, l. 1. de pub. iud. Clar. §. 1. in princ. & vide infra gl. de populo, Tiraq. tract. res inter alios act. nu. 62. Luc. de Pen. in l. 1. C. de defertor. lib. 12. & in l. quemadmodum, nu. 11. C. de agric. & censit. lib. 11. in proposito

113 ball. Cal. Crim. 86. † & de publicis indicij accusare non possunt mulieres, nisi in causa iniuriarum, testamenti falsi, læsæ Maiestatis, prohibitione annonæ, & suspectu tutoris; Nec infamis, excommunicatus, socius criminis, persona Ecclesiastica propter irregularitatem, nec damnari de publico crimine, las. in l. qui crimen, C. qui accusare. Multò minus Iudæi, vel Hæretici, Decia. de delict. tom. 1. lib. 3. c. 17. & 18. nec periurus, Clar. §. periurum, vers. præterea, Menoch. de arb. ca. 323. nu. 12. Nec accusare potest maliciosus de illa malitia, quæ ortum ab eo dicit, vt not. Bal. in l. quicumque, col. pen. num. 24. C. de ser. fug. supra, in ver. dolus, & alia personæ ad numerum viginti prohibentur, quas ponit Angel. de Malefic. in ver. ad querelam, vbi addit à num. 9. in terminis nostris vsque ad num. 50. & ibi tradit fallentias, & dicit quod licet agatur de crimine priuato, nihilominus si pœna veniret applicanda fisco, quod tunc etiam quilibet admitteretur ex sententia Dyn. & Bart. per gl. in rubr. ff. de popul. act. quamuis à Bald. impugnetur in l. aduersus, C. de furt. & per bona fundamenta, quæ refert Angel. ibi, & ad querelam, num. 9. & cum Bart. & gl. tenet Aug. ad Ang. ibidem, Farinac. sequitur opinionem Bartoli in tit. de accusat. nu. 9. quæst. 12. qui de communi testatur, & eam tenere Clar. practicum veridicum, & modernum, in q. 17. vers. sed quid si pro aliquo,

aliquo, sed Rom. consil. 152. dicit, quod furti pœna, licet applicetur fisco, tamen non admittitur, nisi illi cuius interest, vt ibi nu. 3. per l. si. vbi glo. ff. de fur. sed in materia syndicatus credo opinionem Bartoli veriorē esse, quia non est eadem ratio de Iudice, qui est publica persona, quæ de priuata, ergo diuersum ius, lillud, ad leg. Aquil. l. Papinianus, §. exuli, ff. de minor. & maximè contra probum Iudicem, facit Gomef. de delict. cap. 1. num. 10. Abb. consil. 12. col. 4. in fine, conferunt quæ suprâ dicta sunt, num. 105.

114 † Nec malignantes contra Prætorē in syndicatu vlla causa excusantur, siue querelatores, siue Procuratores, instigatores, siue Aduocati, vt testatur Boss. in tit. de offic. corrup. pecu. num. 37. vbi recenset de quodam Aduocato insurgente contra Prætorē, quem Senat. Mediol. iussit exulari, & ipse dum eram Prætor Dertonæ, anno 1591. vidi per eundem Senatū exulari instigatorem contra D. Columbanum prædecessorem meum, & de anno 1594. ab Excellen. Duc. Consilio Placentiæ condemnatus fuit alter instigator, & persecutor fratris mei in omnibus

115 damnis, expensis, & interesse. † Quæ de re sit turpe est patrociniū præstare ad offensam, in causa criminali contra prætorē, quā turpissimum erit contra Prætorē, & Iudices, personas egregias, & publicas; † Nec rustici sub prætextu ignorantie excusantur, Causale. tract. de vsu fruct. num. 120. sed tenentur actione iniuriarum, Menoch. de arb. cas. 321. num. 23. vbi nec à refectioe expensarum excusandi, & ibi insert ad not. constitut. Mediol. in tit. de accusat. §. qui calumniosè, & Boss. d. tit. de offic. corrupt. pecu. nu. 37. & dixi suprâ in 3. par. nu. 311. & in ijs qui contra speciem honestatis rusticitas non excusat secundum Bal. in l. quicumque, col. pe. nu. 23. C. de fer. fug. secus in ijs quæ respiciunt bonos mores, quia rustica progenies nescit habere modum, sed in naturalibus nequaquam, l. si. in l. 2. not. 2. C. de in ius voc. qua de re si alteri faciat quod pro se nollet, si est ingratus, si alium mordet, & verbis lacerat, non est excusatione dignus, Nec vnquam excusatur rusticus sagax, re versutus, Menoc. de recuper. possess. remed. 9. num. 32. & seq.

117 † Verūm cum malignosi calumniatores sciat nullam iustam inueniri causam contra Prætorē, nec querelas, nec testes habeant quādoque, vt valeant pro syndicanando eo, tamen per indirectum querunt molestiam inferre, vt Iudex saltem magna impensarum taxatione vexetur; Solent enim beneuolentiam D. Syndicatoris verbo, & factis præuenire, & persuadere etiam pro suo commodo busali, vt omnes originales libros, ac filias criminales videat, & reuoluat, quia innumerabiles in eis iniustitias inueniet, interim notulā obreptitiam, & subreptitiam exhibent, quam per modum notificationum contra officialem tradunt Syndicatori. Et quoad probandum impictas notificationes, ore tenus exhibent dictos originales processūs penes officium existentes, quibus se referunt; tūc D. Syndicator (si non est Deitumoratus) & si ante omnia non perscrutatus fuerit diligenter super ijs, quæ ad cautelam tradita sunt (suprâ nu. 113.) escam pro suis, & sui Actuarij paratam dentibus libenter suscipit, & velo leuato ab que alia iustificatione rerum oppositarum sine reuolutione criminalium, & absque reuisione dictorum processuum, aures libenter accommodat contra terminos prænarratos, reci-

piendo exhibitam calumniosam notulam, & cū Actuario cogendo officialem velit nolit recipere copiam omnium dictorum processuum originalium criminalium, ob latam mercedem ab officiali soluendam actuario, prætextu exemplationis, seu extractionis copiarum, cuius voluminis immensi folia sæpè decem millia excedunt, & necessitatem imponunt sub alio prætextu; aiunt enim expedire, vt officialis se defendat ab omnibus impictis querelis, seu notificationibus, & impictis contentis in asserta schedula, vel sub alio latente veneno, vt si officialis sit fortè pauper, aut forensis, tanquam desperatus à syndicatu fugiat, honorem, rem, vitamque simul in discrimine ponat, & excludatur ab alijs officijs, quod nullo modo tolerandum est pluribus ex causis.

119 † Primò, quia de iure communi acta Syndicatus debent à Notarijs Syndicatorum gratis scribi, & edi sine expensa, vt not. in Authent. nisi breuiore, §. necessitatem, & tenet Amad. de syndic. numer. 219. Verum quia omnis labor optat præmium, vt inquit Spec. in tit. de salar. Notar. notatur in l. si pater, ff. de dolo, p hoc debet satisfieri ab eis, qui Syndicatores mittunt, vt fit in Dominio Reipubl. Genue, vel à Communitate, aut ab illis, ad quorum instantiam Syndicatores accedunt, nihilominus ad tollendas dubitationes, & præcidendam occasionem angariarum, & extorsionum, atque tot vexationum expensarum, quas officiales patiuntur sub prætextu cuiusdam

120 styli, seu abusus; † cautela est, vt constituantur rationabile, & condignum salarium Syndicatori cum suo Actuario, ne sub incerto vagentur, neve quis indebitè damnum patiat (nisi fortè salarium perciperet illius temporis quod præstatur Iudici ordinario) vt in Regno vbi successor solet syndicare præcessorem suum, quia satis est, & hoc modo cessabunt omnes suspiciones, &

121 amaritudines; † Quia cessante causa cessat effectus, cap. cum cessante, de appellat. Hinc querelantium audacia reprimetur, & Iudicium indemnitati consultum erit, & Syndicatorum labores in damno non erunt, ad quæ facit Put. de syndic. in ver. salarium, cap. 4. num. 2. Hanc rem quam periculosam esse bene cognouit Senat. Excel. Mediol. in suis ordinationibus, & Decretis, vna de anno 1567. die 4. Decembris, & altera de anno 1573. die 4. Nouembris.

122 † Secundò, ad officium D. Syndicatoris spectat voluere, & reuoluere processus, scripturas, libros, filias, & omnia acta criminalia facta coram Prætorē, quem syndicat, & tenetur prius experimentum facere iustitiæ, & super quibus syndicare debeat, vt decernere valeat, an Prætor iniustitiam fecerit dolosè in committendo, vel omittendo, Aug. Dulcet. de syndic. num. 3. & prout vbique practicatur, & si quid dolosè, vel perperam factum reperitur, grauamen in specie femoueat, & Iudici det, vt se defendat, vt not. com. Glof. in l. si arbiter, ff. de probatio. Bal. consil. 465. vol. 4. Similiter quando pars querelat Iudicem in aliquo processu, vt infra mox dicam, tenetur specificè narrare, & ostendere in qua parte, & loco dicti processus sentit se grauatum, & non edere totam machinam processus superflue, alioquin succumbere dicitur DD. in Rubr. & in l. 1. C. de eden. quia probatio generica, vt dixi, non probat, vt in pract. de test. part. 5. fol. 291. cir. med. vide suprâ num. 107. & infra num. 123. Ad quid profectò tantam scripturarum exhibere

cateruam, nisi euidenter, vt syndicanus tantis vexetur impensis superfluis. Nam quod potest fieri per pauciora, & æquè benè, non debet fieri per plura, l. ampliorè, §. in refutatorij, C. de prob.

123 † Tertio, Syndicator recipiens notulam querelarum, quarum iustificationes constare ex actis querelantes asserunt, si expressè non dicitur quibus in locis iustificentur, & in indiuiduo ostendant vbi grauamen consistit, hæc probatio generica dicitur, quæ non est admittenda per dict. glos. com. receptam in l. si arbiter, ff. de probatio. & Bald. d. consil. 465. vol. 4. Sed si specificè loca indicentur, Syndicator videre tenetur, an opposita inibi iustificentur, & si ita esse compererit, tunc potest monere Iudicem ad se defendendum, cum oblatione copiarum tantum, quæ contra illum in actis existunt. Caterum si opposita ex deductis actibus minime iustificentur, tunc sub aliquo pretextu non debet cogere Iudicem, vt copiam accipiat, quando defensione opus non est, vt si ex inspectione actorum constet de non iniustitia, c. quoniam contra, de pro-

124 bar. Rondinel. de synd. nu. 134. † quia acta rem notoriam faciunt, not. Innoc. in c. ex insinuatione, de appell. Eri deò si penes acta quis sit vt falsarius inscriptus, vel declaratus, habetur perpetuo tanquam notorius falsarius, & infamis; & in notorijs ordo est ordinem non seruare, Boss. in tit. quib. mod. proc. in crim. notor. num. 1. ad quid vexare Iudicem tot expensis, vbi non expedit? facit Bursat. consil. 216. nu. 229. vbi viginti duo signa innocentia ostendit omnino videnda.

125 † Quarto, copia est danda petenti, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. nequaquam inuito, l. si. C. vnde leg. cum simil. est etiam danda tertio petenti pro suo interesse, de quo prius docere debet, & conceditur post publicationem processus, & non ante, per iura quæ alleg. Marant. de ord. iudic. in 6. part. & in verb. actorum copia, nu. 61. & etiam dari potest omnibus alijs postquam processus est repositus in Archiuo publico, vel in loco, vbi actus publicè conseruantur, Ang. in Auth. de defens. Ciuit. §. præcepta, & Gail. in suis obseruat. lib. 1. obser. 106. nu. 3. Bart. originaliter, in l. editiones, nu. 3. ff. de ed. Capi. decif. 127. nu. 7. Franc. decif. 1182. nu. 16. p. 1. nouissimè Carta, decif. Rot. Gen. 125. imò denegàs illa tenetur ad interesse petenti, Bertazol. cõf. 130. & ibi add. in crim. lib. 1. Sed cogitur dari median te debita mercede, & non aliter, largètarius, vbi Dd. ff. de eden. & in l. Prator, eo. & debet etiam præcedere iussus Iudicis, & dari toties quoties petitur, l. 2. C. de eden. quamuis stetur cõsuetudini, Paul. Castr. in l. veluti, §. hæc vox, C. eo. & vide Clar. §. q. 45. vers. sed quid si reus, & q. 49. & ibi add. vbi multa singularia in practica habes. Et quando est necessaria pro defensionibus faciendis, & nõ aliter, & quia datur, vt illi profit cui datur, si illam recipere nolit, non est cogendus, quia beneficio huic renunciare potest, l. penult. C. de Episc. & Cler. l. penult. C. de pact. l. non potest, ad leg. Falc. Blanc. in sua pract. in verb. datis defensionibus, nu. 101. quamuis in criminalibus renunciari non possit defensionibus, Boss. in tit. de oppos. cõtra test. nu. 8. & 9. quia in proposito nostro nil facit, quado opus non est, vltra quod si Iudex scit in actis, & processibus coram eo factis, nil turpe, nilve perperam, aut dolosè factum extitisse, ad quid persuadere ei, vt copiam processus acci-

126 p̄t ad se defendendum? frustratoriu † est enim

providere vbi non expedit, l. si plures, de test. tutel. & Iudex qui non est ignarus, qui habet aures, & oculos, præuidendo calamitas futuras ex vociferatione præstanti, dum iubet, & sua auctoritas viget, potest iubere Actuarijs passim, vt copiam actorum quorundam ei dent, vt tempore Syndicatus iuuari possit, & prouidebit ne tempore syndicatus aliquid falsi subdole immissum, & absconditum sit à falsis persecutoribus; At si talis falsitas inueniatur, circa eam duntaxat experiri debet.

127 † Ad notificatores, & querelatores spectat edere copiam originalium, quam exhibere tenentur, si est fundamentum suæ intentionis in eis, ad trad. per Dd. in l. 1. & in l. qui accusare, C. de eden. pract. mille. fol. 28. ver. cir. nu. 6. Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. Vant. de nullit. à quo. & quib. mod. in fin. vers. nec sufficit, car. 65. secus si officialis esset tanquã contumax condemnatus (quãuis contra eum nulla extarent indicia) quoniam si ad purgandam contumaciam admitteretur, teneretur se defendere, vt inquit Clar. q. 44. vers. quæro quado, etiam de hac re vide Farinac. c. 11. nu. 100. & Baiar. ad Clar. q. 44. nu. 13. cum mult. seqq. & nu. 3. vbi tractatur restituto bannito ad nouas defensiones, si solum ex contumacia fuerit virtute statuti condemnatus (non quia extarent indicia apta ad condemnandum) an teneatur, & possit adhuc se defendere? & concluditur quod sic; & an accusator, vel fiscus possint nouas probationes facere ad probandum delictum, esto quod ante non extiterit probatum, vide in pract. de test. 4. part. num. 184. vbi non probatur probabo, Cano. in cap. fin. de probat. & in 5. part. de test. nu. 218. vbi concluditur quod non, sed duntaxat admittitur fiscus, seu accusator ad reprobandum probationes, quas ad defensionem admissus fecit, iuxta distinctionem Bartoli, in l. 1. §. nunciatio, ad fin. ff. de oper. nou. nunc. & ita reconciliari videntur iura, per quæ dicendum videbatur, quod beneficium restitutionis rei vtique commune esse debet actori, l. petend. C. de temp. in integ. rest. & per ea quæ scribit Bal. in l. per hanc, C. de temp. appellan. Et est verum quod si reus fuisset contumax, & antequam positus esset in banno comparuisset, sibi necesse haud fuisset suam probare intentionem, sed benè accusatori, vel fisco onus probandi incumberet, quod reus deliquisset, l. qui accusare, vbi Curt. sen. Dec. & alij com. & in l. 2. nu. 41. vbi de cõmu. test. C. de eden. Rol. à Val. conf. 96. nu. 3. lib. 3. refert & sequitur Cartar. de execu. sent. capt. ban. c. 1. nu. 136. & 137. nouissime post hanc editionem tradit D. Petrus Caball. in suo Cas. Cri. 110. sub nu. 35. vbi dicit esse notandum, quia non inuenit ab alio tactum, sed cum vsque de anno. 1604. ijs tractatus editus erat, & illum præ manibus habebat, quia ei donauit, & ipse suum editum postea anno. 1606. retribuit mihi, si multis implicitis negocijs non fuisset, potuisset videre penes me tactum hunc casum fuisse.

128 † At malefaciunt Syndicatores, & sui Actuarij, si cogant officialem in syndicato inuitum copiam recipere illarum scripturarum, quas habere non expedit, d. l. si plures, de test. tutel. l. inuito, & l. quod cuique præstat, inuito non tribuitur, vbi Dd. de reg. iur. Imò nemo inuitus cogitur se defendere, l. pen. C. de Episc. & Cler. l. non videtur, de reg. iur. l. de atate, §. q. tacuit, ff. de interrog. act. sãt est q. statuatur terminus ad se defendendum,

dendum, quando habet opus defensionibus, etiam si non petatur, Clar. §. si. q. 49. vers. sed nunquid, & vers. et igitur, Boss. in tit. de senten. nu. 1. & tit. de confess. nu. 10. Maria. in cap. qualiter, & quando, nu. 232. de accus. Put. de syndic. in verb. condemnatio, c. 4. nu. 2. dixi supra p. 1. nu. 202. & ibid. nu. 178. & 182. dixi, quando renunciari possit defensionibus, & his adde. Put. d. c. 4. nu. 10. & 11. ubi dicit posse quidem in criminalibus renunciari probationibus, & dilationibus, per Cano. in c. olim, de offic. deleg. & Felyn. in c. si diligenti, de for. comp. Sed renunciari non potest appellationibus, ut dixit Bartol. in l. custodias, de custod. reor. nec defensionibus, quæ sunt de iure naturali, & diuino; hinc est quod defensionibus, quæ sunt de iure positivo renunciari posse testatur, Bal. in l. pactum, in 2. lect. ff. de pact. & intellige ubi ingeritur pœna corporis afflictiva, quia non potest defensionibus renunciari, cum nemo sit dominus suorum membrorum, l. liber homo, ad leg. Aquil. & vide Dec. in cap. cum venissent, de test. & Marf. in pract. §. examinanda, nu. 13. cum sequen. ubi quibus casibus defensionibus renunciari possit. & idem in §. vltima, numer. 1. 2. 3. & seq. ubi si statutum rejicit defensiones, de quibus intelligatur. Et si renunciat, nihilominus expectari debet quoad terminus defensionum fuerit lapsus, & postea condemnari potest; sibi enim soli imputet, qui potuit se defendere, & noluit, cap. damnum, de reg. in 6. c. is qui tacet, eo. tit. l. tacet, cum concord. ubi Dec. ff. de reg. iur. Verum hanc supradictam opinionem resolutam esse censeo à Claro q. 49. vers. 2. & vers. sed nūquid, etc. si. omnino vi. ¶ Quia de re concludo ex omnibus supradictis, quod Syndicator quoad impicta iuper libris, & scripturis originalibus, quæ (ut prædixi) ex officio tenetur reuiderere, si nil contra officialem ex eis constiterit, tenetur statim eum absoluerere, præsertim si nihil dignum Principi referendum (per quod officialis grauetur) inuenerit; & multò magis quando impicta contra officialem non respiciunt interesse fisci, sed priuatorum, alioquin Syndicator dicitur indubité grauari officialé, & tenetur in foro fori, tex. in auth. vt iud. sine quo. suffr. §. illud, & in l. Diuo Pio, de re iud. & in foro pqlt. Natar. Manual. Cõfess. tit. de test. c. 17. à nu. 6. vsq; ad nu. 95. & quia expedire officialé quam citius à syndicato Reip. interest, c. si. de fer. Bal. in rubr. ext. de iud. idèd nullum tempus feriatum impedit expeditioné, nisi sit in honorem Dei, l. miles, §. sexaginta, de adult. & l. si feriat, de fer. Put. de synd. in ver. ferie, c. 1.

129 ¶ Fortè responderi possit per D. Syndicatorem, necessarium fore relationem prius fieri a superioribus, antequam ad absolutionem deueniatur, vt moris est in Statu Mediolani, & etiam ita cauetur ex ord. & no. constitut. in tit. de offic. Vic. general. §. non possunt, lib. 1. Nam replicatur non procedere, nisi ageretur de dolo, & barataria, extorsionibus, vel de iniustitia per fordes facta; & in ijs verè sunt syndicandi, vt dicitur in no. constitut. d. tit. §. iudicantes, & non est dubium, quod præcedentia declarant sequentia, & è contra, l. si feruus plurium, §. fin. de leg. 1. Sed quicquid sit generaliter loquendo, dato quod officialis à syndicato non possit quouis modo absolui inconsulto superiore, & hac de causa Syndicator, & Actuarius existiment Iudicem teneri copiam quorumcunque contra se à querelantibus exhibitorum recipere, & consequenter mer-

cedem pro extractione soluere, cum asserant nõ licere Syndicatori secum originalia ferre ad superiores, imò illa reconsignare teneatur successori in officio, vt de stylo est, quod omnes libri, & filia, ac ceteræ originales scripturæ remaneant in loco illius Tribunalis, ubi facta, vel exhibita fuerunt; tamen adhuc respondetur, quod Syndicator breui sumario notulam facere, & secum ferre debet querelatum, & quorumcunque processuum originalium, quæ verè aggrauant, vel disgrauant officialem, postquam ex officio tenetur super omnibus animaduertere, videre, & reuoluerere processus, & acta originalia tempore præturæ facta, & ita satisfactum erit honori suo, & officialis indemnitati. At si super querelis examinati fuerint testes officialem aggrauantes, de ijs tantum copia offerri, & dari debet, quam si officialis nolit, sibi imputet, c. damnum, de reg. iur. in 6. & potest Syndicator probationes, & omnia alia, quæ contra officialem tempore Syndicatus fuerunt facta, aut exhibita, secum ferre, cum spectent ad Syndicatoris officium, non autem Iudicis, vel Prætoris.

131 ¶ Hinc est etiam, quod officialis non tenetur recipere copiam inuitus illarum informationum super generali inquisitione receptarum, si ex eis non grauetur, per supradicta, & mihi relatum fuit ferè somnium de quodam Actuario, qui super generali inquisitione, vltra quinquaginta testes examinauit; qui omnes perbellè ad fauorem Prætoris testimoniū dixerunt, & tamè Actuarius cogere volebat Prætozem, vt copiam dictarum attestacionum reciperet, eo sub prætextu, quia absolui non poterat à generali inquisitione illa, nisi relatione facta in Senatu, sed Prætor noluit hoc onus indubité subire, quia satis grauatus est ab hac generali consuetudine, vt generaliter contra eum absque accusatore inquiri possit, sed esset addere afflictionem, si copiam soluere cogereret, contra l. Diuus Marcus, de offic. Præsi. & l. si idè, ff. de iurisd. om. iud. & cum Prætor iste esset in sua conscientia tutus, quod omnia ritè rectèq; in officio gesserit, & hanc præuidit esse meram vexationem, constanter renuit, & D. illius Syndicator vtq; relationem definitiuam facere reuens fuit ex ordine Senatus iniunctum Syndicatori, vt ordinationes omnino seruaret, qua de re facta relatione Prætor absolutus fuit, & cum laude dimissus, quauis in magno discrimine se posuit cū Actuario valde ægrè ferente, de amissa prætenfa mercede extractionis copiarum sibi iustè denegata.

132 ¶ Nec obstat si dicatur, quod cum publicatio processus sit de ordine iudicij, idèd fienda cum oblatione, & traditione copiarum, Clar. quæstio. 49. Marant. de ord. iud. in 2. par. nu. 28. in 6. par. vers. publicatio, nu. 1. quia hoc parum facit; Nam publicatione processus omissa non vitatur processus, nisi petita, & denegata fuerit, l. vnus, §. cogniturum, de quæst. Viui. com. op. 717. Foller. pract. crim. in verb. recipiatur defensiones, Marf. pract. §. nunc videndum, in princ. Quinimò sententia sustinetur etiã sine publicatione processus, Boss. eod. tit. de publicat. process. in princ. dixi in pract. de test. 4. part. nu. 121. intellige vt ibi. Item publicatio processus non infert necessitatem, vt copia extrahatur, sed tantum modò sufficit, vt offeratur, prout communiter practicatur. ¶ Præterea non est necessaria publicatio Iudici actorum coram eo factorum, quia ei semper publicata censentur, Inn. in cap. cum clamor, extra